



Cui sacravit has vindicias I.N.I.C. Argentio.  
ratensi in Academia SOLLENNI disquisitione  
expositas Praefide IOH. HENR. BŒLLERO Hjſt. Prof. Ord.  
CAROLUS HENRIC. MORA WITZKY a Rudnitz.  
Eques Silesius.  
d. 28 Martij. h. 1. g. solitis. C. 15. P. C. LXIII.  
Apud Simonem Paulli.

8.

2

159

159

159

159

159

159

159

159





*Illustrissimo Domino,*

H

**DOMINO WENCESLAO,**  
SACRI ROMANI IMPERII CO-  
MITI de Oppersdorff / Libero Baroni in Alich &  
Friedstein / Domino iu Groß Herrlis / Freyhermbsdorff & Lodniz /  
Sacra Cæsareæ, Hungariaeque & Bohemiæ Regiæ Maiestatis Con-  
siliario, & Capitaneo Locumtenenti ; vt & Lichtensteinensis  
Principis , Ducas Troppauiensis & Jägerndorfensis  
Consiliario, & Capitaneo Prouinciali Prin-  
cipatus Troppauiensis,  
Domino & Cognato gratiofissimo :

J

Nec non

*Generofissimo Domino*

**CAROLO HENRICO**  
**MORAWITZKY A RVDNITZ,**  
Domino in Burg Braniz / Bobelwitz / Deutsch Wa-  
nowitz & Brätersdorff / Consiliario Principali Liechtensteinensi,  
Troppauensi & Jägerndorfensi, Assessori Dicasterii Pro-  
uincialis, & Deputato Prouinciali Principatus  
Troppauiensis,

Parenti reuerentissime colendo

*Salutem & obsequia demississime precor atque offero.*

: ( 2

Non

Bann



On discedere vel ad momentum  
potuit ex animo meo, Carissimo-  
rum & Honoratissimorum me-  
moria Nominum, ex quo absen-  
tia, quos præsentes solebam venerari au-  
tores, mihi ex interuallo reddere cœpit deside-  
rables. Vos estis, qui oculis, qui menti, re-  
cordatione meritorum semper obuersami-  
ni. Vobis, si qua pietas mea, si quis cultus  
placere posset, & promte & libenter & iure  
dicaretur. Sed in me quidem nihil, quod  
tantorum virorum personis offerri dignum  
effet, excogito aut reperio. Argumentum  
autem exercitationis Academicæ, quod ha-  
sibi paginæ præscripserunt, quin gratissi-  
mum Vobis acceptissimumque sit futurum,  
id vero dubitare saltem, nefas fuerit. Nam &  
ea spectat, quæ Germanis nostris, quicunque  
id nominis non frustra gerunt, post diuinum  
cultum, sanctissima esse debent: & curis ve-  
stris votisque proximum opus molitur.

S A  
C R I

7.  
CRI ROMANI IMPERII maiestatem, manu &  
virtute, Custodes & Defensores Patriæ; con-  
siliis, ore, calamo, omnis reipublicæ aucto-  
res actoresque; animo, obsequiis, pietate,  
quicquid est eritque bonorum & virorum  
& ciuium, vindicare, tueri, propitiare, offi-  
cii arbitrantur. Consonat his studiis, imbelli  
forte, sed ingenua, neminique vel adulari,  
vel obtrectare sueta voce, quæ ad vestras  
manus allegatur Dissertatio. Hanc, ut va-  
dem meæ in Te obseruantiae suscipias vo-  
lens ac propitius rogo, ILLVSTRISSIME  
DOMINE COMES. Tibi autem, GENE-  
ROSISSIME DOMINE PARENTS, ratio-  
nem operæ & otii mei si bene videbor reddi-  
disse; est quod gaudeam, & non modicum  
id ad ardua deinceps incitamentum ha-  
beam. Efficere certe ex summo studio anni-  
tar, ne inuicem ratio impensarum literis  
peregre tractandis necessiarum, Tibi pa-  
rum probe videatur constare. DEVS Vos,

):( 3                    ð san-

o sancta mihi Capita, Sacro Romano Imperio, Patriæ, Familiæ, ac Domui, mihi denique conseruet! Scr. Argentorati 20 Martii  
Anno 1663.

Illusterrimæ Tuæ Excellentiæ

�

Tuæ, Pater Optime, Generositati

*Obsequentiissime de nos*

Carolus Henricus Morawitzky

I. N. I. C.

# SACRVM ROMA- NVM IMPERIVM.

**E**logium est, quod in omnibus publicis priuatisque scripturis, sermonibus, meditationibus, domi forisque versatur: sed cuius vel historia, vel philosophia, nonnihil explicationis & vindicarum, adhuc desiderat. Quam ad rem, si non pro amplitudine & maiestate argumenti, ex officio tamen ciuis Germani, simpliciter & ingenue, aliquid operæ conferamus, extra reprehensionem, nec extra gratiam fore nostrum studium, confidimus. Singula verba nobis singulas partes describent: ut & de SACRO Imperio, & de R O M A N O Imperio, & de IMPERII ipsius appellatione agatur.

A

SA-

23111

S. ROME IMP.

## SACRVM.

**V**ius non sine singulari diuina prouidentia attributæ Imperio nostro appellationis causas & significationem plerique instituerunt exquirere: prætermissa *historia*, vnde explicatio ni origo & lux est. Non enim hic ita *Imperii sanctitatem* consideramus, vt omnibus Principatibus, Regnis, Imperiis, multum de diuinæ maiestatis charactere trahentibus, conuenit. quo de genere pleraque *in dissertatione de auspicio regio* attinguntur. Neque, vt studio obsequioque sapientium & bonorum virorū domi forisq; debita summis potestatibus veneratio, per quicquid est sacrosancti, declaratur commendaturque. Verum, vt inter publicas formulas, & in stilo curiæ, vt loquimur, authenticum id decus elogii sollennis SACRO Romano Imperio accessit. Iam in ipso Imperio Romano, *sacratissimos & sanctissimos Imperatores, sacras literas, sacrum palatum, sacra vestigia, Numen Imperatorum, diuinæ literas, diuinam domum*, nouimus: extra formulam tamen & titulum, de quo agimus, SACRI Romani Imperii. Ante seculum ergo duodecimum à Christo nato, non reperio publicæ scripturæ accommodatum hoc elogium. In priuilegio, quod Fridericus I. Imperator Henrico Duci Austriae dedit A. MCLVI, Austria appellatur *cor & clypeus SACRI Romani Imperii*. Et mox iterum, quatenus Dux esse debeat obnoxius SACRO Romano Imperio, vel non, ostenditur. Hoc priuilegium Fridericus II. Imp. in sequente seculo confirmauit Anno MCCXLV, his inter alia verbis: *Nos itaque, qui fidem & obsequia nostrorum Principum non patimur irremunerata trans-*

apud Goldast.  
const. tom. vn.  
p. 302.

transire, attendentes fidem puram & devotionem sinceram,  
quam predictus Princeps ad Maiestatis nostrae personam &  
SACRVM Imperium habet &c. Idem Imperator de tuen-  
dis Imperii iuribus contra Papam & Turcos hac præscri-  
ptione vtitur : *Fridericus Imperator Principibus & Statibus*  
*Sacri Imperii.* Et in literis ad Senatores & populum  
Romanum de proditoribus Imperii non receptandis,  
à vobis, inquit, tanquam à SACRI nostri Imperii capite. Et p. 394.  
ad Iustitiarium Terræ laboris, de exigenda subuentione  
à Clericis : *Prater SACRI Imperii ius & morem nostras e plu-*  
*ries inclinavit humilitas.* In regula militaris ordinis Wil- p. 378.  
helmo, cum Rex Rom. eligeretur, à Principibus Impe-  
rii præscripta A. MCCXLVII legitur : *Ego VVilhelmus Comes* p. 400.  
*Hollandie, militia Princeps, SACRIQUE Imperii Vasallus liber.*  
Literas Conradini Conradi IV Imp. filii ad Principes vtra-  
que lingua sic inscriptas refert Goldast. ad A. MCC LXVIII; p. 88.  
Uniuersis SACRI Principibus Imperii. Allen deß Hilligen  
Richs Fürsten. Anno precedente Richardus ita orditur : Ap. Miracula  
Richardus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus uni- in donat. Bel-  
uersis SACRI Romani Imperii fidelibus præsentes literas in- gic. p. 240.  
specturis. Iisdem verbis Rodolphus I Imperator vtitur An. Ap. eundem  
MCC LXXXIV. & in Constitutione de primis precibus An. p. 553  
MCC LXXXIII : ob reuerentiam SACRI Imperii, dem H. Reich  
du Ehren. Inde magis magisque frequentata est formu-  
la, neque post Caroli IV Auream Bullam, in qua aliquo-  
tiens habetur, vt & in aliis eius scriptis publicis, facile  
omissa. Adeo vt ob imperitiam stili curiæ notandum se  
in hunc diem præberet, qui solennibus formulis abesse  
tam auspicatam & sanctam vocem pateretur.

*Canffas* appellationis quomodo alii tumultuarie con-  
quirant, primo indicabimus : *tum*, si quid addi queat, aut

S. R O M. I M P.

coniectari, requiremus. Nolumus autem hic vlla distinctione vti eius, quod *sacrum*, & eius, quod *sanctum* dicitur. cum præsertim vernacula nostra lingua, quæ hoc elogio in primis gaudet, tale discrimen non agnoscat. *Quidam ergo putant SACRVM, dici Imperiū nostrum, imitatione veteris stili curiæ, qui Imperatoribus Romanis sanctitatem vndique conciliare, rationis & consilii duxit: vt ante diximus. Alii à religione, vel communiter, vel singulariter; vel libero & expedito iudicio, vel ex studio & commodo partium, ratione in arcessunt: quia Imperium hoc à sanctissimo Deo prædictum, constitutum, & hucusque seruatum sit; quia hoc Imperium Sanctum sanctorum, id est Christum nascentem complexu suo fouverit; & ad iudicium nouissimum venientem deinde visurum sit; quia sanctæ Ecclesiæ Christianæ nobilissimam partem comprehendat: quia ex sacro & ciuili ordine corporis tanti compages aptata sit. nolo enim addere, quod & falsum est, & sanctimoniae Imperii nostri haud raro aduersum fuit, ob sanctitatem Pontificis; quem verticem & caput Imperii iactare non verentur, qui sanctum summumque & unicum caput Imperii Imperatorem venerari profano auctu dedignantur. Nonnulli denique ad sonum vocis intenti, *sacrum*, quasi magnum, aut venerabile, aut inuiolabile imperium interpretantur. Cuius generis pleaque habes apud *Bosoldum, Speidelum; in Lexicis Iuris Publici: & Magnificum Limnaum.**

Nobis, vt ante cetera tempus in usum receptæ publicum huius formulæ indagare ratio fuit; ita, si ex illius temporis conditione possit aliquid inuestigari de consilio recipiendi, operæ factum videbitur pretium. Antea autem Imperium Romanum suam maiestatem; etiam ex eō tempore, quo Germanico nomini accessit, facile tutabatur:

Theſ. pra&. v.  
Deniq.  
Notabil.  
I. P. 1. 7.

S. R O M. I M P.

tur : sanctumque & erat , & habebatur domi forisque,  
etiam absque nomenclatione , & titulorum submonen-  
tium auctoritate. At, ubi nouo sanctitatis vel mangonio,  
vel monopolio Pontifices quidam Hildebrandum aucto-  
rem secuti , sacram Imperatoris & Imperii nostri maie-  
statem non profanare modo , sed profanatam deprimere  
adorti sunt : tum aliis modis, tum solennitate elogii vin-  
dicanda fuit Sanctitas Imperii, quam Deus, sibi soli secun-  
dam , in perpetuum consecrauerat. Ne ideo tantum

*sacrum videretur Imperium, quia sacrum Imperii diadema  
de ara Petri (vt loquebantur etiam) suscepit esset : sancti-  
tatem istam à vero sanctitatis omnis fonte deriuandam,*

*& contra importuna carmina rebellis Romæ propugnan-  
dam duxerunt Imperatores. Hinc Henricus V Imperator  
A. M C IX : Christiani orbis Imperium sibi à D E O Optimo  
Maximo impositum esse ; proinde se de veteri more & ritu pri-  
scæ religionis , sacris supreme maiestatis placitis non defu-  
rum. Et Fridericus I. edicto A. M C L V I I : Cumque per ele-  
ctionem à solo D E O regnum & imperium nostrum sit , qui in  
passione Christi filii sui duobus gladiis necessariis regendum  
orbem subiecit ; cumque Petrus Apostolus hac doctrina mun-  
dum informauerit , Deum timere , Regem honorificare : qui-  
cunque nos Imperiale coronam pro beneficio à Domino Papa  
suscepisse dixerit , diuinæ institutioni & doctrina Petri con-  
trarius est , & mendacioreus est. Et in alio Edicto : Certe p. 265.  
nobis coronam per electionem Principum imposuimus ! nihil  
nisi solam unctionem ab eo (Pontifice) accepimus. — Re-  
gnum non ab eo , sed à D E O suscepimus. Iterum in Rescripto  
ad Episcopos Germaniæ An. M C L V I I I : Liberam Imperii  
nostræ coronam diuino tantum beneficio adscribimus . &c.  
Huius generis multa occurrunt : notuq; est illud in decre-  
to Ludouici Bauari & Ordinum Imperii A. M C C X X X V I I I :*

Ap. Goldast.  
Constit. tom.  
vn. p. 251.

p. 264.

p. 265.

p. 266.

A 3

Sacra-

Bann

Goldast. tom.  
3. constitut.  
p. 409.  
& in Monar-  
chia S. Rom.  
Imp.

Sacrosanctum Imperium, summa in terris potestas, cœlestē  
donum est. Imperator enim primus ante omnes, secundus post  
Deum est, & tam grande nomen à solo Deo traditur. & quæ  
magnifice non minus quam vere attexuntur.

Neque nulla tamen suberat ratio (vt in eiusmodi ex-  
cogitatis ac exquisitis titulis non simplicis consilii pru-  
dentia haud raro vertitur) quæ ad Christianæ religionis,  
& Ecclesiæ decus ac tutelam spectaret. Ita enim proflus  
persuasum erat plerisque: Imperio & Imperatori Roma-  
no in primis à Deo attributum esse munus tuendæ, & ad-  
uersus inimicos Christiani nominis defendendæ Eccle-  
siæ. Quamuis enim & alii Reges Principesque Christiani  
ad suum id spectare officium merito crediderint: primas  
tamen Imperii nostri, vt in reliquo ciuili ordine gradu-  
que (de quo postea) ita in patrocinio Ecclesiæ præstando  
partes esse, constans opinio & fama tenebat. Videntur  
huc respexisse Imperatores, cum honorem Imperii, & salu-  
tem, quietem, unitatem Ecclesiæ, sive cum Imperio ne cessu-  
dinem ac concordiam, totiens summam consiliorum suo-

rum, grauissimis sententiis profitentur. Friderici I verba  
sunt ex Mandato A. M C LIX: *Quoniam diuina præordinante*  
*clementia, Romani Imperii gubernacula suscepimus, oportet,*  
*vt in omnibus viis nostris ipsius legem custodiamus, cuius mu-  
nere, cuius voluntate dignitatis nostra apicem adepti sumus.*  
*In hoc itaque sacratissimo proposito constituti, cum omnibus*  
*Ecclesiis in Imperio nostro constitutis debeamus patrocinari,*  
*sacrosancta Romana Ecclesia tanto impensis debemus prouide-  
re, quanto ipsis cura & defensio à diuina prouidentia cre-  
ditur nobis esse commissa specialius.* Fridericus II. Roma-  
num Cæsarem Catholica Fidei Defensorem, excellentiore  
nota laudat. Idem Fridericus II ad R. Angliae & alios  
Reges scribit: *Cum ad hoc, disponente Domino, Imperii sce-  
ptrum*

Id. tom. 3. p.  
394.

ind. 579.

S. ROM. IMP.

ptum suscepimus, & Romanum Imperium nostrum ad prædicationem Euangelii preparatum, ut catholicam fidem & matrem Ecclesiam, à cuncto hostium incuribus, nostrarum virium conatibus eruamus. Subiicit de Tartaris repellendis. Vnde & Imperium Romanum Christianum memorabili p. 383.

discrimine, si tempora sub paganis Imperatoribus considerentur, honoris causa signatur. Et quid remotioribus immoramus? In Capitulationibus Imperatoriis ad-  
Capitul. Ca-  
rol. V. & al.  
art. I.  
libus commendatur cura huius elogii omnibus triumphalibus titulis præferendi, cuius Electo Imperatori: scilicet defensio, non Ecclesia modo, sed totius Christianitatis. Et in Electione, orare iubentur Electores, vt diuina ope eli-  
gere valeant idoneum Cæsarem pro salute populi Christiani, Aur. Bul. ti. 2  
& caput populo Christiano, sicut in iureiurando corum amplius continetur. Quare Imperatorem nostrum recte Christianissimum dici, superiore saeculo demonstrauit Hen-  
ricus Bebelius. Quidni Sacrum diceretur & esset Imper-  
rium, cui Christianissimum caput præfet, cui Christiani-  
tatis totius cura semper visa est eximie competere? An addam, cui ducatus in bello sacro, quod Christianis aduer-  
sus ~~corvus~~ Turcas perpetuum esse debebat, communi-  
gentium Christianarum suffragio defertur? Ita de Augu-  
stis nostris sentit Hugo Grotius, loco, qui in annotatis ad de I.B. 2, 15, 12.  
illud opus non segniter explicabitur. Sane quantum ad  
Sacram illam militiam momentum facere possit sacram  
Imperium nostrum, nemo est, quin fateri cogatur. Ioan.  
Antonius Campanus, non segnis Germaniae & rerum Im-  
peri obtrectator, ad Iacobum Cardinalem Papiensem, in  
hac causa anno 1471 scribit: Dico ego tecum, quod sentio,  
Epist. 2. apud  
Frcker. tom. 2  
FIERI OMNIA POSSE IN SALVTEM CHRISTIANAM, SI p. 148.  
CÆSAR VELIT; nihil, si tergiuersabitur. Et in sequente  
Epistola: Si queris sententiam meam, illud sentio, magnam  
(penit.)

## S. ROM. IMP.

Spem propositam esse nobis, si Cesar instabit; exiguum, si lentescat; nullam, si tergiuersabitur. Iterum: Ego ea sum nunc sententia, qua nuper fueram, cum primum de conuentu ad te scripsi, pendere omnia ex Cæsar's voluntate: quin si omnia velit, qua ad ineundum bellum pertinuant, nihil dicam aliam, quam faro malo perituram rem Christianam. In iisdem auctem quæ tum agitabantur comitiis, Hungari eo arguimento ad Imperatorem vtuntur, vt dicant: oportere eum esse precipuum Christianorum propugnatorem, qui idem Christianorum sit Imperator. Quod argumentum, non epistolis modo tetigit de quibus diximus, sed oratione in comitiis habita magnifice diffudit Campinus. Quare & in precibus solennibus, consecrando Cæsari destinatis, propagatio barbarorum & Christiano nomini inimicorum hostium ponitur. Augusta vero & tanto Principe digna vox est Maximiliani I Imperatoris de expeditione sacra, cui semper intentus varie interim distinebatur, deliberantis: *Nam me quidem in hoc Imperii fastigio, non solum in acie belli Ducem & Imperatorem esse, sed multo magis huius publici consilii ducem atque auctorem esse conuenit.* Sicut autem sepiissime impediti sunt Augustissimi Imperatores, quo minus sacris expeditionibus operam, vt destinauerant, darent: ita superiori saeculo se commouit Austriacorum Cæsarum virtus, reque Christiana praclare gesta, non exiguum Turcis terrorem incussit. Neque armis tantum, sed & consiliis pugnatum est. neque enim Cæsarum toto saeculo isto superiore quisquam fuit, qui aduersus Turcas non pro salute Christiana praclare contenderet. *Quid?* hic pro re Christiana excubat, magnamque vim pecuniarum, militum, munitiorum, apud fines & profinibus, perpetua munificentia prouidentiaque aduersus Turcas dispen-

Epist. 7.

pag. 152.

In Reusneti  
Anti-Turc.  
vol. I.

pag. 56.

S. R O M. I M P.

9

dispensat. Faxitque D E V S , vt gloria sacra militia , qua  
nulla est illustrior, in Sacro Romano Imperio Imperato-  
ribus propria ac perennis duret ! Non debet hoc loco  
omitti Franisci I Gall. R. responsum ad Caroli V Cæsaris  
Romæ factam querelam de auxiliis ad bellum Turcicum.  
*Apud Freibg.  
tom. 3. p. 352.*

Obtuli, inquit, liberaliter, quod maiores mei (quibus nihil  
unquam est prescriptum, ubi de ipsis aduersus hostem  
religionis ageretur officio) prestare sunt soliti, id ne perlubem-  
tem esse Christiana reipublica præsturum, ut copias scilicet  
meas omnes (etsi multa mihi proponebantur à bello quiescendi  
occasions) tamen ipse præsens vel ad tuendam Italiam, cui  
cum etiam Turca imminebat, vel alio quounque rei po-  
stataret necessitas, educerem: ita tamen, ut CÆSARI NI-  
HILOMINVS PRINCIPEM EA IN EXPEDITIONE LOCVM NON  
GRAVARER EX OFFICIO CEDERE.

Posset, cui vacat, hoc loco paulo accuratius ratioci-  
nari, quæ fuerint Sacri Romani Imperii in hunc diem,  
inter tot vices rerum, singularia fata, opera, miracula circa  
& ad tem Christianam vniuersam : tum, quām euidens  
diuinæ prouidentiæ industria, hoc ipsum elogium Sacri  
Imperii, non ut aliis communicari illa laus potest, sed ut  
aliquid habet proprium, singulare, publicum, solenne,  
huic seruauerit vindicaueritque. Neque enim tam sancta  
mysteria Grammaticis disputatiunculis, aut umbraticis  
speculationibus, vel explicari vel iudicari debent. A qui-  
bus mireris non temperasse virum cetera doctissimorum  
Daudem Blondellum, quando insolito fastu, veluti per  
indulgentiam, elogium S A C R I , Imperio, quo ipse vult  
sensu, concedit, ut ROMANI appellationem, proflus adi-  
mat, de quo postea. Sed, Germanos, inquit, supremum  
regionis sua Imperium S A C R U M Imperium vocare non im-  
probabunt, quibus Germaniam nobile Christiani orbis mem-

*Præfatio apolo-  
getica contra  
Chislet.  
XXXIII, 2.*

B

brum



brum esse, Christianis Principibus subesse, eoque Christo sacrum  
 Imperium esse debere, in mentem venerit. sed eodem iure &  
 Francie Orientalis & Hispania regna, quorum alterum Chri-  
 stianissimum, alterum Catholicum dici solet, Imperia Sacra,  
 id est, ditiones ac regna Christi nomine consignata, Deoque  
 consecrata, ex officio fuerint & nuncupari debuerint. Parum  
 his rebus, quae ad publicam & curialem scripturam per-  
 tinent, se assuetum ostendit. Falsum est: Regnum Galliz  
 Christianissimum, Regnum Hispaniae Catholicum, ca-  
 loquendi formula, & eo elogii genere, quo Imperium no-  
 strum Sacrum vocatur, unquam dicta esse. Multum diuer-  
 sam rationem esse, vltro agnouerint, qui Regis Christia-  
 nissimi & Regis Catholicorum cognomina ab origine sciunt  
 intelliguntque: tum, qui reputant, publicas titulorum  
 formulas, ab inflexionibus vocum arbitrariis (ut à Carbo-  
 lico Rege, Catholicum regnum; à solenni & publico elogio,  
 per similitudinem & interpretationem, libera laudatio  
 deriuatur) plurimum differre. Alienum, ambiguum, in-  
 solens est, dicere: Germanos supremum regionis sue Impe-  
 rium, sacrum Imperium vocare. Quid est, supremum re-  
 gionis sue Imperium? Qui ita loquitur, non videtur omni-  
 no cepisse, quid Imperii vocabulo notetur. An enim for-  
 ma tantum reipublicæ, & ratiōne signatur? minime gen-  
 tium. Dicitur postea. Intolerabile in primis est & im-  
 portunum, nunc demum quæri, quo significatu Impe-  
 riū nostrum ita Sacrum vocari possit, sicut alia quoque  
 regna sacra sunt, postquam totius orbis Christiani natio-  
 nes & regna, etiam inter inuidiam & emulaciones, ob-  
 ipsam Imperii Romani dignitatem coortas, iam à pluri-  
 bus saeculis ita Imperium nostrum Sacrum vocarunt, sicut  
 sua regna non vocarunt, publicisque & solennibus Im-  
 perii nostri titulis id vocabuli attribuerunt, quod sibi non  
 vindicari poterat.

vindicarunt. Non unus esset Rex *Catholicus*, qui hono-  
rem eius cognomenti sibi posset vindicare, si ad Gram-  
maticos & R̄hetoras hic eundum esset. sed consuetudo &  
ius titulorum, tamdiu vni hoc adiudicat, qui publice ab  
omnibus hactenus tulit, donec alius idem juris, eodem  
consensu nationum consequatur. Et quid eximii esset in  
titulo *Christianissimi*, si Blondelli more, potius originem  
verbi spectando pluribus commune reddere vocabulum,  
quam usum verbi publicum & curialem, ut sic loquar,  
attendendo, vni Galliarum Monarchæ vindicare insti-  
tuas? Nimurum non debemus ex *titulis*, *epitheta*; aut ex  
*epithetis*, quæ libero ingenii certamine inueniuntur, va-  
riantur, permuntantur, *titulos formales*, ut sic dixerim, con-  
cinnare. Id equidem non negauerint, qui aliquem rerum  
usum habent, ex eo, quod ab initio *epithetum* fuit, paula-  
tim fieri posse *titulum sollennem*. Sed *Titulus* ille demum  
habetur, qui non tantum vtentis arbitrio assumitur, sed  
ab aliis agnoscitur & attribuitur. Huc ergo debebat spe-  
ctare *Blondellus*, quod *SACRI* elogium Imperio nostro  
non domi tantum inter sollennia attributum est, sed ab  
exteris & emulis, in literis, legationibus, actuque & scri-  
ptura formalis, cui nihil opponi potest. ut inanissimum  
sit disputare, & ad extenuandum huius tituli decus requi-  
rere, quomodo aliis regnis conuenire queat talis applica-  
tio. Ostendendum enim erat, si quis nollet actum agere,  
*SACRI* Imperii elogio alia regna, sollenni titulorum for-  
mula, præter hoc nostrum, honestata esse. Sæpe dolco  
viri doctissimi vicem, qui aduersus *Chisletum* iussus scri-  
bere, non raro facit, quod in aduersario reprehendit:  
neq; semper pensi habet, quid scribat; dummodo cauſe  
suæ seruiat. Quamquam profecto hoc non est cauſe  
seruire, sed nocere; & quis studio certandi, proxima quæ-

## S. R O M. I M P.

32

que arripit, censet, vexat, neque de vltoribus aut cito-  
rioribus cogitat. Quid attinebat, quasi ad honorem Gal-  
liæ, extenuare aut communicare, aut aliter interpretari,  
quod ipsi Christianissimi Reges sanctius interpretati sunt,  
& vigorem ac prærogatiuam solitam voluerunt retinere?  
Franciscus I. Rex prudentia, auctoritate, rerum vsu maxi-  
mus, neque cuiquam vltra solitum admetiri titulos soli-  
tus, vel cum ad omnes Ordines scribit, SACR I Romani  
Imperii Ordinibus inscribit literas, & Sacrosancti Romani  
Imperii Ordines vocat; vel cum ad vnum, exempligratia,  
S. Rom. Imp. Archimareschallo & Principi Electori, destinat  
epistolam. Quin & in contextu literarum huc alludere,  
rationis duxit, in illis verbis: *Cum ad vos potissimum Ro-  
mani Imperii sanctitas, & publici iuris tutela dignitasque  
pertineat. In responso supra laudato ista legas non frigide  
nec perfunctorie posita: Mandaueram equidem legato meo,*  
*ut SACR I Romani Imperii Ordines, quibuscum me tum per-  
uetus amicitia, tum Principatus Mediolani ratio sociarat,*  
*per occasionem mihi salutaret, meque ostenderet non ignarum  
esse, quanam mea esse deberet, & eum illis socieras, & ERGA  
ILLUD IPSVM SACROSANTVM ROMANVM IMPERIVM  
OBSERVANTIA.* Quid aliud, quam obloquitur tanto Regis  
cuius auctoritas pro ratione esse poterat, qui titulum tanta  
iuris formula, tamque studiose ab ipso illuc, quo conuc-  
niebat, delatum, in epitheton vertit, extenuat, & Gram-  
matici arbitrii facit? Nolo de illo dicere, quod admodum  
restricte scilicet, Germaniam nobile Christiani orbis mem-  
brum, fatetur. Nobilissimū optimo iure poterat dicere, vel  
quia Imperii dignitas totius Christiani orbis commodo  
hic recumbit, vt suo loco monstrabitur: vel de quo Legati  
Gallici (quorum vtauctoritas ita oratio publica est) supe-  
riore saeculo ad S. R. I. Ordines Spiræ conuentum agentes,  
longe

Apud Frcher  
tom. 3.

S. R O M. I M P.

13

Fischer. tom.  
p. 365.

longe animosius & ita loquuntur: *An nos hoc nescire putatis, nullam procellam post homines natos in Germaniam ingruisse, quae non confessim ad nos ferueriret? Fuere patrum memoria, qui Galliam debellarent, vincerent, opprimerent; abstinere tamen à Germania cogerentur.* Sed redeundum nobis est ad auctoritatem publicam & solennissimam tituli, de quo agimus: quem scilicet & æmulae nationes, & maximi Reges agnouerunt, & suo iudicio prædicarunt. In literis Henrici VII Angliae Regis ad Imperatorem & Ordines in Comitiis Confluentiae 1492, *Sacri Rom. Imp.* titulus sepius repetitur. Verum non opus est, cumulare exempla: infinita enim sunt: neque haec ipsa attulissimus, nisi ad intelligendam questionem pertinere visum esset. *Titulos usu & solennitate, non ratiunculis & ritu Lexici, ut cuique in mentem venit, explicare.* Sunt enim eiusmodi contentiones friuolæ, inanes, grauibus hominibus & negotiis indignæ. Excellit sane amplissime illustribus in rem Christianam meritis Germania. nemini tamen cordato volupe fuerit, aliorum regnum Christianorum merita, obtentu Tituli, extenuare. Est eritque Germanici candoris specimen, nec alienos titulos usu publice receptos firmatosque cauillari aut detrectare; nec domesticos cuiquam cauillandos aut detrectandos relinquare. Nobis interim in omnia huius dissertationis eadem lex sit, auctoritatem curia sequi. quæ quo latius per gentes concinit, eo est grauior validiorque. Pergamus igitur nunc ad alteram vocem, qua Imperium dicitur

## ROMANVM.

Nolumus hic à primordio repetere, quæ prolixè ab aliis traduntur, de Romani Imperii appellatione, eiusque fatis: dum alii extinctum Romanum Imperium,

B 3

alii

S. RO M. IMP.

alii seruatum, varie disputant. Habent quod legant, qui  
buscopia placet, apud Linneum praesertim, tum in Iure  
Publico, & Additionum tomis; tum ad Capitulationem Caro-  
li V. Addi possunt Speidelius, & alii. Ponemus tantum  
quædam, aduersus alios deinde profutura. I. Neque opus  
fuerit ad vteriora ire, sed ea tempora in oculis habere,  
vnde dicitur ROMANVM IMPERIVM cum adiectione  
NATIONIS TEUTONICÆ: das Römische Reich  
Teutonischer Nation. II. Non opus fuerit, multum labo-  
rare, cur Nostrum Imperium ROMANVM dicatur, cum  
tamen Romæ non subiecta sit aut fuerit Germania: ratio  
enim haud dubie validior esset, quod Ottoni, & omnibus  
ab eo Imperatoribus Germanicis imperium in urbem  
Romam in perpetuum quæsumum est, sicut in Ottone I. &  
alibi amplius demonstratur. III. Id ius cum adhuc ho-  
die durare, ostenderit doctissimus Conringius libro, quem  
in hoc arguento excellenter laudatum volumus, de  
Germanorum Imperio ROMANO, & in opere de Finibus Im-  
periis cap. IX & X: Romani Imperii titulum non absurde  
sibi vindicat, eui Roma subest. IV. Etiam si autem per ini-  
uriam excidisset Germania imperio in urbem Romanam,  
non esset tamen propterea abstinendum titulo Romani  
Imperi: non enim sedes imperii ita alligata est loco, vt  
loco mutato, nomen imperii mutandum sit. Quo recte  
accommodant illud Herodianus: *euē rā n̄ P̄p̄n̄, t̄m̄ r̄t̄ c̄d̄ ḡz̄*  
*m̄n̄s̄ t̄. Ibi est Roma, ubi Imperator. Ab Ottonis certe Magni*  
temporibus sedem eius Imperii, quod Roma quoque  
agnouit, siue, cui Roma citra controuersiam paruit, in  
Germania, in hunc diem fuisse, dubio caret. V. Et quia  
in ROMANI Imperii nomine aliquid singularis gloria  
& celebritatis fuit (sicut apud omnes in confessio est) ne-  
gari non potest, decus eius gloriae ad eos, tanquam per-

pag. 98 &c.  
v. Reich.

cap. 13.

16.

vita



manus traditum & propagatum, pertinuisse & pertinere,  
quibus hæc appellatio communi quasi consensu attribu-  
ta est & attribuitur. Quod de Nostro Imperio, nemo nisi  
omnium publice actorum imperitus, abnuerit. VI. Id  
vero, non sine singulari diuina prouidentia euenisse, fa-  
cile credunt, qui & diuinitus prædictam celebritatem re-  
liquarum Romani Imperii, & multa non absque numine  
quoad hoc negotium gesta, denique verum rei totius &  
propagationis miraculum paulo altius meditantur. VII.  
Illi quoque non in obscuro est: ex quo Germanis &  
Ottoni perpetuum vrbis Romæ & Italiae imperium da-  
tum est, nullum fuisse regnum, quod opibus & auctori-  
tate, Germaniæ merito potuisset anteponi. ut sic quoque  
celeberrimi Imperii dignitas in sede incomparabili sub-  
sisterit. VIII. Et quamvis nominum rationes sæpe  
consuetudo magis, quam prudentia moderetur, non  
videtur tamen ad retinendam *Romani* nominis auctori-  
tatem quicquam incitamenti defuisse iis, qui serio intel-  
lexerunt & considerarunt, quæ hactenus dicta sunt. IX.  
Quinimo ea ipsa publice omnibus insita persuasio de  
*Romani* Imperii eminentia, sanctitate, perpetuitate,  
videtur perfecisse, vt per tot æmulationes & certamina,  
duraret in hunc diem & peruerget tanti nominis mai-  
estas, quod venerantur omnes foris Christianæ potestates:  
ad eo, vt si cui Christianorum cetora potentissimo hic  
titulus accedere posset, citra omnem tergiuersationem,  
primo illum loco positurus esset. Sed prospectum est legi-  
bus moribusque, quos Deus seruet, ne tituli incompara-  
bilis decus externis possit opibus accedere.

Hic vero *Bloßdellus* cum se gerit, quem non agnosce-  
rem, demto nomine ostendit profecto, non sufficere  
multam lectionem & variam eruditio[n]em ad tractanda  
argu-

argumenta publica, absque penitiore cognitione reipublicæ, morisque & actus publici. Certe dum partibus suis subservire ex summo studio contendit, earum stilum & scripturam publicam, & acta publica sedulo impugnat. Quo genere scribendi nihil magnis Principibus magis auersandum reor. Cur enim, tantum ut aduersario contradicatur, nunc dicam, cuius contrarium Respublica mea semper dixit, scripsit, dicitque & scribit? Ludere hoc est: neque magis aduersarii, quam suis rationibus illudere. Igitur statim sua vineta cœdit, cum maiore quam decebat supereilio orditur: *Germania Reges, Imperatores, Germania regnum Imperium dici, Franco nemini dissidue rit, cum enim Germania Europe universa latissima populo rumque ad arma natorum feracissima portio sit, cuius dominium alteri nulli in terris obnoxium sit, viribusque suis solis fretum iniuria cuius propulsande per se par esse possit, aliasque multas ditiones, qua imperiale sibi nomen vindicarunt, dignitate ac potentia longe superet, Imperiali titulo dignissima fuerit, si Imperium Germanicum nuncupetur, eique cum summo imperio praefecti Germaniae Imperatores dicantur, sui compos nemo refragabitur.* At si Germaniam Imperium Romanum, *Germania Reges, Romanorum Imperatores ex usu posteriorum saeculorum communis quis vocet, à vero proprio priscoque maiorum sensu & loquendi genere longissime abscedere videsur.* Ergo, inquam, Christianissimi Reges, qui in hunc dicim Imperium nostrum, *Romani Imperii elogio, Imperatores Nostros, Romanorum Imperatorum appellatione honestarunt, iudice Blondello, assertore Gallico, à vero proprio priscoque maiorum sensu & loquendi genere longissime abscesserint Mereretur censuram, quam Blondellus non semel in aduersarium stringit, si quis externus, nulloque peculiari vinculo obstrictus, tam profa-*

profane de tantis Regibus sentire in animum induceret.  
 Exempla infinita, id est, longe plura sunt, quam ut possint  
 aut debeant hoc conduci: unde constat, non factum tan-  
 tum esse, quod diximus, sed magna ratione, consulto  
 consilio, exquisito studio factum esse. In *Apologia ex ca-*  
*stris ad Contum Belga et vicum / Maii 1537* cum se describit  
*Rex Franciscus, qui nunquam non dignitatem Ordinum*  
*& ROMANI IMPERII NOMEN coluerit. Et Legati eiusdem*  
*Regis, postquam accurate nationem Germanicam ab Im-*  
*perio distinxissent, imperium illud ipsum Germanis at-*  
*tribuunt, quod Carolus M. in Germaniam inuexisset, id*  
*est Romanum. Nam Carolus M. inquiunt, idem Gallorum*  
*parens & idem vester, omnium consensione afflictum illud*  
*(imperium) propeque collapsum unus erexit: unus de ne-*  
*siorum hominum fancibus eripuit: unus e Gracia, ubi*  
*exulabat abiecta eius dignitas, non minus fortiter hic quam*  
*feliciter inuexit. Nunc igitur partam tot suorum laboribus*  
*& periculis dignitatem vobis extorqueri, illa vestra maiestas*  
*iacta à suis maioribus fundamenta conuelli, Rex maiorum*  
*suorum summus admirator, insitutorum quo ab iis projecta*  
*sunt, tenacissimus obseruator, vulnerit? Quid potuit studio-*  
*sus apparatuisque dici? An Nominale Romanum Imper-*  
*rium, Nominales Imperatores (ut Blondellus cauillatur)*  
*intellexerunt, qui ita locuti sunt? Hæc ex luce rerum &*  
*negotiorum publica, audiantur interim contra virbrati-*  
*cas nærias, testenturque: Gallorum iudicio, apud Germanos*  
*esse Romanum Imperium, & quidem illud ipsum, quod Caro-*  
*lus innexit: ad Germanos Imperatores etiam post Carolo-*  
*ningos scilicet propagatum. Audiatur etiam Legatus Vene-*  
*Histor. Ambe.*  
*tus ad Imperatorem Maximilianum I. verba faciens apud lib. XII. pag.*  
*Gerardum de Roo: Denique Senatus Populusque ille, mundi*  
*domitor, CIVIS IMPERIUM IN TERRIS IN TE SOLO EST,*

**CIVISQVE AMPLITVDO ET MAESTAS IN TE CONSPICITVR,**  
**nonne plures populos atque prouincias clementia, & equitate &**  
**mansuetudine quam bello armisque imperio suo adiecit?**

Quis autem est verus, proprius, priscusque maiorum  
 sensus, & loquendi genus, à quo discedit hæc dictio? An  
 Romanum Imperium, tantum dicetur, quicquid olim Im-  
 peratores Romani florentes sub sua ditione tenuerunt?  
 Atqui nulla ratio vni illi significationi hanc appellatio-  
 nem alligat, ut ante dictum est, cum præsertim ratio præ-  
 sentior ab imperio in urbem Romam in promtu sit: ac-  
 ceduntque alia, quæ ad auctoritatē, titulis conciliandam  
 idonea sunt. Iam à Carolinis temporibus, non negamus  
 quidem, distincta esse interdum Regnum & Imperii  
 nomina: sed illud quoque meminimus, sæpe Imperii  
 & Imperatoris vocabulo, tanquam excellentiore, sum-  
 mam loquendi factam. Interea ut Germaniae Imperatores  
 dicantur nostri Imperatores, stolidc admonuit Blondellus,  
 priuata auctoritate stilum publicum totius Europæ corri-  
 gere ausus; tum ad verum proprium priscumque loquendi  
 genus maiorum, quod ipse sibi fingit, & publicæ auctori-  
 tati opponit, parum accommodate reformatre nostra tem-  
 pora orsus. Imperium enim absque adiectione Romani,  
 Romanae urbis ditionem tamen respiciebat. sicut infini-  
 tis locis scriptorum doceri potest.

Insignem vero prorsus fraudem, & circumforaneo  
 sophista quam viro sapiente dignorem commisit Blon-  
 dellus, quod titulum Romani Imperii Germanicis Imperato-  
 ribus in Ottone Magno post Carolouingos fundati, prorsus  
 silentio prætermittit, ac si nihil factum unquam esset.  
 Siganii ea de re confessionem alibi annotauimus. Et de-  
 clarauit abunde laudatus ante Conringius: in Ottone Magno  
 per Casareum titulum Germaniam accepisse Imperium ali-  
 quod

In Casarib.  
Senn.

quod summum ac perpetuum in urbem Romanam, Papam ac patrimonium Ecclesie Romanae. Hunc nodum Gordium, fide parum bona, inter affectationem curiosae & omnia conquirentis diligentia preteriuit gladiator ille famosus, & ab anno 1125 neminem Imperatorum aliquid iuris in Romana ditione habuisse, ostendere satagit.

Sed incipiamus a verbis eius. Cum igitur, inquit, nihil ab anno 1125 & quod excorrit in Romana ditione, quae sola sub Carolouingis eiusdem potentibus Imperium Romanum dicebatur, cuiusque unius gratia ab anno 800 ad 1125 quotquot in Germania, Gallia, Italia Imperatores audierunt, Romani Imperatores dicti sunt, Germanicorum Regum ullus possederit aut possideat: .... hiat postea oratio, nec concluditur festinatione tumultuaria, puto. satis tamen intelligitur, quomodo suppleri velit, nempe, ideo Imperatoris Romani elogium Nostro Imperatori non conuenire. Nil dicam de exempli, quod nostris Imperatoribus tam grauiter opponitur, diversis periodis, & quemadmodum Imperatoris Romani nomen & dignitas in Italia sub Carolis Caluo Crassoque, & intericto Ludouico Balbo (Carolouingis) evuluerit: quis ab intercepta possessione (quid autem in haec re & quantum factum sit, post attingetur) tam importune argumentatur, ut ius alterius statim neget, de quo semper professio & testatio facta est? Si compendium hoc Blondellianum valuerit, non opus fuisset tot contentionibus togatis & armatis per tot secula agitatis de titulis regnum, quos nemo iure nitens dimittit, nisi pactione aut victoria alterius partis ad sollemnem ciuitationem adactus. Quod in nostris Imperatoribus non tantum factum non est, sed ne quidem publice controversia de titulo vñquam mota fuit.

C. 2. ad membra. nis

20

S. R O M. I M P.

nisi quis unius & alterius Constantinopolitani Imperatoris irrisas statim & efficaciter nugas velit huc afferre.

1002.

Ut autem res tota clarius eniteſcat, paulo altius & supra annum 1125 historiam repetamus, imo ab initio ſeculi vndecimi. *Sigonii*, plena eſt auctoritas: qui Germanis nihil niſi euidentia veritatis adactus concedit. Illuſtris confefſio legitur principio libri *VII* de regno Italiæ: *Italici*, qui illuſtres duos, Regni Imperiique titulos ad exteriores rursus eſſe translatos, pro inſita animi magnitudine acerbe ferebant, ut tribus regnantibus Ottobus multa pro antiquo decore repetendo mouerunt, ſic Henrico, Conrado, & Henrico III subinde rerum potientibus prorsus nunquam quiete- runt. cererum quemadmodum rebus nouis ſtudentes ab his quoque, quos dixi, regibus virtute opibusque compreſſiunt, hoc libro narrare pergemus. De his ergo Imperatoribus nulla eſt quæſtio. Sub Henrico III (ut *Sigoniūs* numerat, nam aliis IV eſt) pœnatum & occasio & covarus libertatis parandæ, ſive, ut verius loquamur, rebellandi affulſiſſe videbatur. qua de re initium libri *X* agit. Imperium inde

*Sigoniūs* lib. *X*.

de regn. Ital.

¶.

Henrici filii (IV ipſe, alii rectius V numerant) nouum quatiſtabiliende libertatis ac dominationis initium ab Italici ipſis eſt habitum. Adhuc debili pede, neque ad ius, ſed ad factum demonſtrandum haſtenus proceditur. Sed initium libri *XI* parum à confeſſione iniuriæ abeft. Praimititur: *Quod Henrico Rege aniPATIENTE, aut certe NON VINDICANTE, Mediolanenses cum viciniſ instituerunt, ut de omnibus controverſiis inter ſe non iure iudicioque contenderent, ſed bellō armisque decernerent, id proximis Regibus Lothario & Conrado rerum potientibus plerique omnes aiuitates facere perrexerunt.* Fauit autem neſcio quomodo eorum captiſ consiliisque fortuna: *quod Reges ipſi Germanicis ſedāndiſ ſeditionibus oconpari aut RESPICERE ITALICAS*

N.

1056.



REQUIVIVERUNT, AVT DEMVM IN IPO CONATV RERVM  
 EXTINCTI sub eo decisisse. Quid clarus? Non minus  
 constitit Italicis de suo facinore, aueris scilicet legitimis  
 Principis oculis consciendo, quam de animo Principis  
 his suum minime neglego. Venimus nunc ad illa  
 tempora, quae designauit Bonellus, & ad Lotharium  
 Henrici V successorem, quem statim probrofē notat, &  
 Pontificis carmen (magna scilicet auctoratis in propria  
 causa) longe dexterius, quam ipsi fere vñquam voluerunt  
 Itali, intellectū pr̄scribit. Est autem insignis impudentia,  
 cum ab omni Imperatorio iure excludere in Italia, qui  
 in secunda expeditione Italica Ius Imperatorum exercuit  
 tanta auctoritate tantoque successu. Idoneum testem  
 rerum citabimus Sigonium; citra ambages memoran-  
 tem: ut plerique armis & conditionibus occupauerit, ut  
 occupatas terras Principibus beneficii loco attribuerit; ut  
 populos & ciuitates contendentes indicauerit: ut Ducem  
 Apuliae dederit; ut denique Imperatorio nomine & auctori-  
 tate apud omnes valuerit in Italia. An, quihacē fecit pro  
 Rege & Imperatore, solam coronam titulumque resua va-  
 cum, consecutus dici potest? Quanto candidius & peri-  
 gius Siginus iudicat? cuius ipsa verba arguent Germanici  
 nominis obrectatorem. Ponemus aliqua: Ad lacum  
 Benacum progressus (Lotharius) castrum Ganda; ad Padum, 1136.  
 Vardastallum recepit, atque FORVM VTRVMQUE HENRICO  
 GENERO BENEFICII LOCO ATTRIBUIT. — Italici lites,  
 quas initis dirimere certaminibus instituerant, continuo AD  
 ILLIVS IUDICIVM REVOCARVNT. Subiicitur Mediolanen-  
 sium & Cremonensium controuersia, vbi Cremonenses  
 hostes indicati sunt. Cremonenses à Cremonensibus accusati,  
 quod, cum ex comitatudineque sua essent, ad Mediolanen-  
 ses defecissent, cum compellati die dicta non affiissent, Lō-

lib. XI. de re-  
gno Ital.

## 8. ROM. IMP.

22  
THARII SENTENTIA CONDEMNATI. Ponitur inde lex in  
conuentu Roncaliensi lata, cuius hoc proemium est:

1137.

lib. 7. c. 20.

add. Conring  
de Fin. in Ad-  
dond. p. 856.

Cum apud Roncalias SECUNDVM ANTIQVORVM IMPERA-  
TORVM CONSVENTUDINEM pro iustitia & pace regni com-  
paranda consideremus, omnia, QVÆ AD HONOREM IMPE-  
RII ROMANI spēcē arevidentur, solcite in dāgantē &c.  
In causa Rinaldi & Pontificis Innocentii Lotharij ius diem  
VII Idus Iulias ad cassam eoz noscendam constituit: atque  
viriusque partis patronos in consilio ad illam diem adesse pre-  
cepit. & in hoc iudicio, privilegia Imperatorum Caroli, &  
aliorum, trium Ottōnum, quatuor Henricorum, & unius  
Conradi, aquum esse dixit Lotharius, ut ab Innocento serua-  
rentur. In sequentibus nota, quod Legati Pontificis ac-  
cusarunt monachos Cassinates, ut qui cum Rogerio Siculo  
aduersus Ecclesiam atque IMPERIUM coniurauerint. Ecce  
æquiores Blondello Pontificios legatos, qui auctorita-  
tem Imperii & Imperatoris in Italia agnoscunt. Et Lotha-  
rius respondit, se id monachis condonare. quod scilicet  
contra se peccassent, & in Imperium & Imperatoris au-  
toritatem coniurassen. In Ducatu quidem Apuliae con-  
ferendo in Ranulfum lis aliqua inter Imperatorem &  
Pontificem exorta est, de qua Otho Frisingensis: in dando  
Ducatu inter ipsum (Lotharium) & Romanum Pontificem  
pane controvērsia orta fuit, vtroque Ducatum Apuliae sūfere  
iuris affirmante: qua lis consilio tandem hoc modo decisā dicitur,  
ut in dando Duci vexillo utrique manum adhiberent.  
Hinc vtique constat, Imperatorem, licet Pontificem pro-  
sua in cū facilitate & reuerentia, in societatem inuestitura  
ad miserit, suuīvius nequaquam abdicasse, aut credidisse,  
Imperio & Imperatori nihil hic iuris esse. Et, vt iterum  
apparet, quanto æquiores sint nobis Itali, quorum  
tamen res agebatur, quam Blondellus; creditit Sigenius:  
Lotha-

ANT



*Lotharium leges sanxisse, ut ex uno iure ciuili Romano post-1. XI. de regni.  
hac iudicia fierent: eique legi in Italia obtemperatum esse,  
cum Italici ante alii Longobardico, alii Salico, alii Romano  
iure vterentur. Non dico de historia, sive, ut eruditii de-  
monstrarunt, fabula: sed quod illi, qui ita crediderunt,  
eadem opera ius Lotharii in Italia sive potestatem legis-  
latoria agnouerunt.*

*De Conrado, qui Lothario Saxoni successit, eodem  
fastu & elato supercilio Blondellus decernit, quod Casarem  
agere, & quicquam Domini Imperiig. Romae retinere, ultro  
noluerit. Allata historia Othonis Frisingensis id non euin- lib. I. de regn.  
cit. Non enim sequitur: Conradus Romanis aduersus  
Pontificem tumultuantibus noluit suam auctoritatem  
accommodare: ergo omne imperium in urbem Romam  
abdicavit. Certe hoc non sensit Frisingensis, qui paulo  
post disertis verbis, Eugenio, inquit, in urbe Roma sedente, Frid. I. 4. 28.  
CONRADO IN EADEM, Ludouico in Occidentali Francia  
REGNANTIBVS. Quanto rursus meliori fide & candore  
Sigonius, & excusat magno studio Conradum, quod in Ita- lib. I. de regn.  
liam sicut destinauerat, venire & coronam accipere non po- Ital.  
tuerit, & animum vindicandi ius suum, recuperandique a  
rebellibus occupata, nunquam omiserit, nec auctoritate Cesa-  
ris ac nomine in Italia caruerit. Plura sunt, quam quæ hue  
transcribi debeant testimonia. Apud eundem Historicū  
legas: Anno 1139 Genuenses à Conrado Rege pecunia signanda  
ius impetraverunt. itaque in hunc usque diem accepti bene-  
ficiis monumento nummos aureos ipsius Conradi Regis nomine  
signant. — Placentini etiam ius signanda pecunie à Con-  
rado obtinuere. Non factum esset hoc, si nulla Conradi  
vt Imperatoris Romani, in Italia auctoritas fuisset: aut fi-  
regni Italici solam coronam titulumque, re vacuum, quod  
Blondellus criminatur, tenuisset Conradus. Et quando-  
quidem*

quidem Pontificibus omne ius Imperatorium per hæc tempora tanto conatu vindicat Blondellus, valere utique debet contra eius sententiam id argumentandi genus, quo ipse vtitur. Sienim, ob nouarum rerum molitores, & rebellium defectionem, Imperatori ius suum perii, quomodo ergo Pontificibus saluari esse dicet, ex quo contentio Romanorum aduersus Innocentium instituta, omnes deinceps Pontifices usque ad Clementem tertium exercuit.

Sig. XI de  
regn. Ivol. p.  
275.

In Friderico I, cum non posset Blondellus de imperio in Italiam negare, imperium in urbem Romanam progressionem ei importune abiudicat. Opera pretium est audi-  
re, quibus argumentis. Roma urbe, inquit, exclusus est. A quibus? scilicet abiis, qui sua confessione rebelles, cum antea Imperatoris nomen & ius verbis agnouissent, non ex voto accepti, mox animum mutarunt. An rebel-  
lium & usurpatorum facto, quisquam suo iure excidit? Deinde, anno Pontifex quoque Hadrianus urbe tum ex-  
clusus est, & alias alii? quibus tamen ius in urbem tam  
sophismate iterum grauissimam orationem Friderici, de iure  
suo Imperatorio in urbem Romanam, silentio transmittit,  
de gest. Frid.  
lib. 2. c. 21.  
lib. 12. dex. It.  
an. 1155.

Dihoni Frisingensi plenius, Sigonio summatim descriptam.  
Quæ tamen (quod notatu dignum) habita est, Pontifice apud Imperatorem tum agente, & sciente, qui contradicere certe debuit tantæ assuerationi, si solus sibi in urbem Imperium vindicaret. Festiuus vero est Blondellus; cum ex consilio Pontificis de ingredienda urbe, ad dengandam ditionem progressus, Imperatori nihil nisi adueniæ conditionem reliquit: quod nec Sigonius, neque modestiorū hominum quisquam ut faceret, nulla re adductus est. Vim argumenti nouam & inauditam! Qui ab urbe aliqua

aliqua seditione ciuium excluditur, & conmilitum non impetrat, & ab alio præsidium in parte urbis habente, consilium accipit immittendi in tempore & loco suum exercitum; ie nullum ius in urbe haberet, sed ut aduena ab eo, qui consilium dedit, & munitionem aliquam eius urbis infedit, introducitur, eiusque ius in urbem agnoscit. Tale quid nec Pontifex ipse ausus esset tum affectare. Et, cum post hæc insolens, Imperatorū comitatē & officia reuerentia, male affectato iuri vellet prætendere, acerrimum habuit contradictem Fridericum, cuius responsa & literæ apud Historicos & Goldastum in obvio sunt. Debuisset addere v. Sigon. XII.  
Blondellus, vt constaret ipsi ratio horribilis philosophia: de regn. Ital.  
qui ab obsidione urbis tumultuantis peste in exercitum gravis  
santer reuocatus est, quo minus posset eam in ordinem redigere,  
ille ius in illam urbem non habuit, aut amisit. Ad integrandam enim historiam pertinebat ira argumentari. Nonne autem Fridericus in patrimonio Petri, quod vocant, fodrum exigit? nonne Magistratus S. Petri in urbe nihil derogare respondit iuri Imperatoris Romani, cuius ipsum nomen confessionem imperii in urbem significaret? Et sane Pontifices coronando & vocando Imperatorem Romanum, idonei sunt de iure in urbem Romanam testes. neque tam facile probatur, quād dicitur, & à Blondello, quasi certum sumitur: inane nomen, nudam coronam esse. Nulla corona indotata capitum Principum imponitur. Non est dissimilis iis, quæ præcessere, clausula. Ita enim, satis violente, Blondellus: Si caruit Fridericus Imperio Romano proprio dicto, qui in alium transmittere potuit? si caruit. Atqui non caret iure, qui vsu iuris, facto injusto alterius prohibetur. Aut si id carere vocat, crassius loquitur, & male obiicit Imperatoribus rebellem  
infidamque suis longo iam tempore Romanam;

D

Saltem

Guth. Ligur.  
lib. I. p. 142.

Saltem aduersus Pontificem, cui tamen Blondellus, quasi  
 per monstrū doctrinæ in gente Reformatorū, tam firmum  
 ius tribuit, nihilo minus valeret ratio, de Romanorum  
hist. sui temp.  
tom. I. libr. I. vel genio vel facto. Notus est Pauli Louii locus: Romani  
p. 5. edit. Flere sive pristini decoris & antiqua libertatis memores, sive ut  
1560.  
 sunt natura turbidi atque feroce, sacerdotum imperia, quod  
 plerique eorum parum moderate auareque imperitent, a quo  
 animo ferre non possunt. — Cepere aliquando atq. inter-  
 emere Bonifacium Octauum, hominem quamquam factio-  
 sum, morum tamen ac literarum dignitate venerabilem: quin  
 & Eugenium, eximia virtutis Pontificem, sede atque urbe  
 immaniter expulere: alios palam expugnauere armis, alios  
 coniuratione facta, ac obcessis itineribus in maxima vītā ag-  
 amittendae dignitatis pericula coniecerē. Rectius iudi-  
 cant, quibus in conuentu Roncaliensi probata est ratio  
 Friderici dicentis, se velle iura, quæ Lotharii & Conradi  
 suorumdecessorum incuria obliterata, atque ab Italici usur-  
 pata sunt, repetere, ac nouis institutis stabilire. Quod de  
 incuria predecessorum dicitur, vel ad quædam pertineat, non  
 ad omnia, cum de diræ necessitatibus impedimentis supra-  
 dictum sit; vel significet nihil aliud, quam non-vindica-  
 tum ius, quantuni ad euentum actumque: vel (neque  
 enim omnino negari potest) reuera non tam strenue se  
 adhibuerunt in suo iure vindicando Lotharius & Conra-  
 dus, sicut facere debebant. Iterum enim repetit illam  
do r. It. lib. 14. apud Sigionum: Si Lotha-  
rius & Conradus acriores se & promptiores in Italia coercenda  
ferocia prebuissent, haudquaquam sibi tantum ad eam reti-  
nendam laborum fuisse ac periculorū exauriendum. Quam  
fit porro falsum, quod Blondellus de Friderici secundo ad-  
uentu ait; cum postea Romam ante annum 1107 eam frustra  
obcessurus non redicerit: iterum vel Sigionii historia ostendit;  
 vnde

Sigon. XII. de  
s. I. 1159.

Didid.

Vnde discimus, Fridericum capta urbe & ciuibus pace data,  
 obfides accepisse, Paschalem restituuisse, Alexandro profugiente;  
 postmodum, peste in exercitu oborta, Paschali Roma cum  
 praefatio relitto urbe discessisse. An hoc est, frustra obfidere  
 urbem? Mirum, quod non etiam attulit fabulam de collo  
 Imperatoris à Pontifice calcato, & hinc felix Logieus ar-  
 gumentum nexuit. Legenda hic omnino & Blondello for-  
 titer opponenda sunt verba Sigonii ex principio libri XV de  
 regno Italiae: Quin etiam Fridericus Imperator cum multa  
 ex ditione Ecclesia oppida in Marchia, Umbria, Etruria &  
 Romaniola occupata teneret, non modo non ea restituebat,  
 sed proxima quoque affectare se ostendebat. Extat etiam  
 grauis totius dissidii inter hunc Imperatorem & Pontifi-  
 ces, ac impotentibus studiis partium libera consignatio  
 apud Petrum de Marca, Archiepiscopum hodie Tholosa-  
 num, virum doctissimum, in opere de concordia Sacerdo-  
 tii & Imperii.

De Henrico VI itidem mira ratione argumentandi  
 vtitur Blondellus: Si Henricus una conditione coronam no-  
 menque Imperatoris promeruit, vt Tusculum sibi fidum Roma-  
 nisque infestum, nequid Romani periculi ab eo, quod tanquam  
 seruitutis sue instrumentum exhorrebant, deinceps experi-  
 rentur, diruendum tradere coactus est; quid sibi potestatis  
 qua coercerentur, retinuerit, aut quid urbis subiectaque di-  
 tionsi uniuerso dominio excussus à Papa Romanisque preter  
 nudum nomen & insigne re sua vacuum obtinuerit? Valde  
 rhetoriciandi se peritum ostendit, qui verba Godefridi Mo-  
 nachi, tam horribili glossa extendit. Scilicet, si Impera-  
 tor coronandus Pontifici petenti aliquid concedit, quod  
 saep factum est, inde à primo ortu Pontificiae coronatio-  
 nis; ea ratione coronam nomenque Imperatoris meretur:  
 rem optimo iure debitam sibi, neque nisi per nefas ab

ad ann. 1191.

villo Pontifice denegandam , aut in dubium vocandam.  
 Analiter loqueretur, qui omne Cæsarei fastigii arbitrium  
 vel conferendi vel adimendi Pontifici in solidum vindicatum cuperet? quod præter adulatores curia Romanæ  
 nemo vnquam fecit. Quomodo autem ex eo , quod  
 Tusculum Romanis tradidit, id est , compedem vrbis re-  
 fractariæ, eo ipso omni sc in vrbem iure abdicavit? An  
 qui fidem vrbis alicuius sequitur , neque vim adhibet,  
 siue vim remittit, ideo ius suum in vrbem amittit? Quam  
 bene ac prudenter , facilitate illa vñs sit Henricus, non  
 exquirimus. sed iuris sui adeo post hæc immemor non  
 fuit, vt querantur, qui iuris Imperiorii vindicias, iniuriam Romanæ Ecclesiæ vocant, quod Henricus oppresserit  
Pag. 208.  
 Rom. Ecclesiam, sicut antecessores eius. in Chronico Belgico  
*Magni*. quibus hoc verbo nihil aliud exprobratur, quam  
 quod iuris & imperii in Romanam vrbem & ditionem  
 memores se retinentesque præbuerunt. Sed quod tanto  
 Polyhistori ignotum esse, aut etiam dissimulari non de-  
 buit, male & non integre ex Godefrido Monacho illa historia  
 refertur, quæ ex Sigonii accuratiōribus monumentis om-  
 nino peti debuerat. Inde constat : de rebellione Romano-  
der. It. lib. 15.  
P. 349.  
 rum, à qua se iuncta fuit causa Celestini Pontificis: in cuius  
 manus Henricus tradidit Tusculum, aduersus Romanorum  
 odia patrocinio defendendum. Eam rem cum Romani pro-  
 bassent, & ut legem concordia accepissent, digresso Impera-  
 torē, fide rupta Pontifici per vim admotam Tusculum extor-  
 serunt. Quam hinc alia rerum facies, & à Blondellianis  
 glossis diuersa emergit? Ex eodem Sigonio discas licet:  
15. pag. 351.  
ann. 1193. &c  
pag. 353.  
 Henricum Pontifici multam ditionem ademisse, & Imperio  
 vindicasse: Dux Tuscia ac terra Mathildis, Rauenna, An-  
 cona, Spoleti constituisse.

Sequi-

Sequitur de *Philippo Henrici fratre, & Ottone IV*, quo tempore interregnum decem annorum ab aliis ponitur: *sigon. 15. pag*  
 longe diuersa à *Blondello* scilicet sentientibus. *Iniqua*<sup>355</sup>  
 autem Pontificis odia non omisit arguere *Vrſpergensis*. ex  
 quo etiam diligenter notabis contra Blondellum ista,  
 quando de reconciliando Pontifici *Philippo* auctum est:  
*A legatis Principum inducitur Papa, ut velit permettere,*<sup>Pag. 237.</sup>  
*quatenus regnet Philippus. Ast propter hoc (ut retulerunt*  
*nobis viri veridici) promittitur Papa, quod filia Regis dare-*  
*tur in uxorem filio fratris sui Richardi, qui iam Comes fuerat*  
*effectus Papa suffragio, NEC STATVIT PAPA REPETERE TER-*  
*RAS, QVAS MVLTOTIENS AB IMPERATORIBVS REPETERE*  
*CONSVEVERVNT ANTECESSORES SVI, in Tuscia & Spoleto,*  
*& Marchia Ancone, sperans, quod in potestate nepotis sui per*  
*predictas nuptias possent deuenire. Antea autem, tanquam*  
*BONA ECCLESIA in iuste obtinente, communione sacro-*  
*rum excluserat, vt est apud Sigonum. Hæc Vrſpergensis*  
*verba neque Philippum patiuntur in illo ξεδνωμῷ con-*  
*sistere, quo detrusum cupit Blondellus, cum de iure Impe-*  
*rii Romani in ditionem, quæ Pontificis habetur, quæſtio*  
*incident.*

*Otto IV. quomodo terras, quas S. Petri vocant, Impe-*  
*rio vindicauerit, atque adeo ditionis Romanae compos fuerit,*  
*nemo Historicorum tacuit. Et quamquam, violatum in*  
*coſſe iusiurandum, quod Pontifici præstitusſet, conque-*  
*rantur, inter ipsas querelas non dicunt nihil pro Ottone.*  
*Godefridus ille, qui Blondello funduseſt, ait: factum eſſe*  
*iusiurandum ab homine nouo & rei nescio; deinde post*  
*conſecrationem, à magistratibus & potestatibus renocatum*  
*& prohibitum eſſe, quo minus restitueret. At Sigonii lucu-*<sup>lib. XXV. an.</sup>  
*lenta eſt narratio: Otto urbe egressus in urbibus Etruriae con-*<sup>1209.</sup>  
*edit, ac de more ſummis adhibitis Iuriſconsultis, iuraregni*

S. R. O. M. I. M. P.

30  
diligenter inquirere tanquam ea constituturus, incepit. Cum autem quedam oppida in Etruria à Pontifice, alia vero in Campania à Friderico modo vacante Imperio, occupata comperebatur, quae ad Imperium sive regnum pertinere putaretur, nulla Pontificis ac sacramenti sui habita ratione, militibus protinus immisso recepit. Addantur sequentia, ubi nominatim recensentur plura: & Vrffergensis narratio. Habere hic locum quodammodo potuit, quod postea à Friderico II usurpatum est; qui dixit: se ex primo suo sacramento Imperii iura tueri, & dispersa congregare debere. Quid ad hæc Blondellus? Per h. e. c. inquit, odium Pontificis incurrit, & ab eo excommunicatus est: ergo nihil veri in Romanos & Romanam ditionem dominii consecutus, Romanorum Imperator non secundum esse, sed secundum dici fuerit. Quid propterius loqueretur emtus nancipatusque curiæ Romanæ vernula? Itane de Pontificiis illis brutis fulminibus, quæ nullo iure, nullo more in sacrostanta Principum capitâ vibrabantur consuetudine eius temporis, iudicat Thologus Reformatus? Non est leue profecto bonæ causæ documentum ex parte Imperatorum, quod excommunicare eos imo Imperio deiicere illi ausi sunt, quibus nullum eius rei ius esse aut fuisse vñquam, nemo bene sanus negaverit. ne de ipsa serie rerum vitio gestarum aliquid dicam. Quanto æquius est nominari Ottonis fulmen, qui omnes populos, qui à se disciverant, proscriptis. Non enim possunt defendi, qui excommunicationem pontificiam, causam defectionis habuerunt.

Fridericum secundum non Augustalia tantum ornamenti Romæ accepisse, sed Patrimonium, quod appellat, sua ditione tenuisse, Iura Imperii & provincias ei debitas ex summo studio vindicasse, consensu Historicorum constat. ut & illud: hanc præcipue illi cum Pontifice dissidendi causam

Sign. 16.  
p. 17.



*causam fuisse.* Per dissidia autem ut priora, ita hæc ipsa,  
 fieri aliter non potuit, quām ut quidam Pontificis, alii  
 Imperatoris partes sequerentur. quare & Gibellinorum  
 & Guelphorum certamina dirum in modum per hæc tem-  
 pora sœuiebant. Quis h̄ic sanus, etiamsi inter tanta certa-  
 mina pars Pontificia aliquid Imperio debitum occupasset,  
 ius Imperii propterea extinctum, possessoribus stabili-  
 tum assereret? Quis, si Imperator in ipso recuperandi  
 vindicandique actu morte præuentus, aut rebellionibus  
 ac defectionibus debilitatus, absoluere copta non po-  
 tut, ius Imperii interiisse iudicaret? Quis errorem co-  
 rum, qui Pontificia anathemata, ut oracula veneranda  
 esse persuasi erant, vero iuri cuiusquam hominis præaudi-  
 cio esse debere contenderet? *Blondellus aduersus hæc*  
*omnia, quasi opertis oculis, excerpit infortunia quædam:*  
*Seditionem, inquit, mouerunt Romani aduersus Papam;*  
*ergo ante seditionem Pape paruerunt non Friderico.* Quasi  
 vero Fridericus quicquam Papæ iuris concessisset, nisi  
 salutis iure & honore Imperii & suorum regnum. quæ ex-  
 ceptio, etiam si verbis non expressa esset, naturaliter sub-  
 intelligeretur; & Friderico tamen sollennis fuit, apud  
 Sigonium. Amplius insonat: *Viterbum amisit, & recedere* de r. It. lib. 18  
coactus est Fridericus. Scilicet ut fortior postea respiraret,  
p. 60.  
*in Svo REBELLES insurgendo.* Sicut ipse, quem testi-  
 cit, loquitur *Matthæus Parisiensis.* Ille de muratis for-  
 tunæ vicibus & Paparum desperatione fugaque amplius  
 docere poterit: ille, vtui metuens à Pontifice dissentire,  
 diligentissime Friderici apologias & actionem aduersus  
 Pontificem, adeoque iura Friderici consignat; nec sine  
*amēos.* vt cum dicit: Pontificis inuestiuas *Imperialeme pī-* p. 495. edit.  
*stolam, licet PROBABILIA contineret, suspectam reddidisse.* Tigur. 1606.  
*vt cum refert: Dominus Imperator admirans, quod robur*  
*Romæ.*

S. R O M. I M P.

32  
Romanorum nimis eneruatum à constantia sua subiectionis debita & fidelitatis tam fiducialiter promise recalcitrauit, permittendo in eundem Imperatorem, Dominum suum naturalem, sententiam excommunicationis inferri in ciuitate, scriptis curia R. Cardinalibus & Senatori Frbis & Romanis, ut cum defectors comparathominibus temporariis, qui fortune sequuntur serenitatem. ut cum Landgrauium ait dilexisse Imperatorem, & Romanæ curie, inimicos & æmulos Friderico quarentris, odisse cauillariones. ut cum ait, quæstissimas aduersus Fridericum criminaciones multos potuisse erigere, nisi Papales eiusdem Friderici aduersarios, auaricie, simonia, & usuræ, aliorumque vitiorum macule coinquinassent. Sed curiæ quidem Romanæ corruptelas infinitis locis fatetur deploratque. Cur non excerpit ex Matthæo cordata illa testimonia, vnde de iure Friderici & iniuria Pontificis non obscurè constare potuit? Grauissima sunt Regis Galliæ verba, quibus Pontifici responderetur: Quo spiritu vel ausu temerario Papa tantum Principem, quo non est maior, immo par inter Christianos, non conuictum vel confessum de obiectis sibi criminibus exhibaudit, & ab apice Imperiali precipitauit? Qui si meritis suis exigentibus deponendus esset, non nisi per generale Concilium cassandus iudicaretur. De transgressionibus suis non est hostibus suis fides adhibenda; quorum Papa dignoscitur esse capitallis. Et quæ sequuntur, valde consideratu digna. consimili grauitate Sacerdos Parisiensis iussus excommunicationis formulam è suggesto publicare: Audite, inquit, uniuersi: accepi in mandatis, ut candelis accensis, & pulsis campanis in Imperatorem Fridericum feram sententiam solennem, causam autem ignorans, non ignoro grauem controvseriam & odium inexorable motum inter eos. Scio etiam, quod unus illorum alii inturatur: quis cui, nescio. Sed illum, in quant-

Pag. 474.

Pag. 588.

Pag. 589.

Pag. 776

Pag. 500.

Pag. 635.

*in quantum se mea extendit potentia, excommunico, & excommunicatum denuntio, alterumtrum istorum, videlicet ipsum, qui alii iniuriatur, & absoluo iniuriam patientem, que tam damosa est toti Christianitati. Si aliquid ex hac indole haussisset Blondellus, non semper iniurias, & facta Pontificum nullo iure nixa, aduersus iura Imperatorum allegaret, cum præsertim talia peræque Pontificibus (qui bus ipse tantopere cautum vult) nocere debeant, si suarum in disputando legum memor esse velit. Digna est, quæ legatur apud eundem Matthæum Parisiensem disputatio populi Romani, sibi iura Pontifici nullo modo obnoxia vindicantis.*

*De interregno XXIII circiter annorum non opus erat dicere. Sed, quanto rectius iudicauerint ipsi Pontifices Romani, quæm Blondellus, manifestum est. Blondellus ad abolitionem Iuris Imperatorii in ditione Romana, id interuallum retulit. At, non ita sensit Pontifex Nicolaus, qu. à Rodolpho I. post interregnū Imperatore Elesto, provicariatu Etruria restituto, Romanola Comitatuum poposcit, quem Reges iam inde à Friderico I. sibi in magna conventione reuinuerant, cum ad ius Ecclesie ab antiquo persisteret: sicut apud Sigionum loquitur.*

A Rudolpho I omnibus Austraciis Imperatoribus insolentius insultat Blondellus. Rudolphū nominatim crimina tur, quod nec Rom. Imperatoria nomen nec coronam à Rom. Ecclesia consecutus, nihil de patrimonio Petri possederit, ant ad successores transmittere potuerit: tum quod accepto à cini tatis. Longobardicis alijsq. in Italia, pretio regni iura infringi passus fuerit. Sed notum & alibi demonstratum est, Nomen Imperatoris Romanorum & coronam sive Iura Imperii Romani, non competere Imperatoribus nostris per & propter cærimoniam coronationis Pontificiæ, sed per

E

Ele-

ann. 1272.  
lib. 20. dec. 1.  
p. 118.

231111

S. ROM. IMP.

34  
Electio[n]em Principum Germanorum, olim communis-  
ter ; ab aliquot s[ecundu]s, à Collegio Electorali factam.  
sicut ipse Pontifex publico testatoque diplomate iam  
Ottonis I. tempore agnouit. Neque obest huic assertioni,  
quod nonnulli ante coronationem Pontificum se Reges  
tantum Romanorum dixerunt, non Imperatores Romano-  
rum. Id enim nil iuuuerit Blondellum : quia Rex Romanorum  
non minus ius in urbem Romam notat, quam Im-  
perator Romanorum. Deinde nulla necessitate, sed liberri-  
mo arbitrio factum id est ab Imperatoribus. vnde, si qua  
suspicio aut ratio maioris rei se offerret, aliter factum est.  
Sic Maximilianus Primus in Italiam profecturus, Tridenti  
titulum Imperatoris Romani, pro Rege Romanorum  
assumisit, & publice promulgauit : & in hunc diem opti-  
mo maximo iure, nec repugnantibus Pontificibus, Impe-  
ratores Romanorum, etiam Romæ non coronati, vocan-  
tur. Perpetuo autem liberalitatem & beneficia Cæsarum  
aduersus Pontifices Blondellus, pro abdicatione omnis  
iuris Imperii, quasi de plano, arripit. Verum nec potuisse  
vel Rudolphi vel Alberti vel Caroli IV, aut vlorum Cæ-  
sarum donationibus, alienari ea, quæ sunt Imperii; neque  
non reseruatum esse summum ius Imperii in Romanos  
(de quibus Blondellus potissimum est sollicitus) ostendit,  
& nobis disputationem ampliorem lucrifecit doctissimus  
**Conringius** in præcellentि *de Finibus opere cap. XX & XXI.*  
Vnde etiam corrunt Blondelliana carmina in numerunt  
extensa : Germania Imperatores Romanam Romanamq[ue] ditio-  
nem ab anno 1273 adeuntes in ea ut hospites in alieno vixisse  
nullumque in Romanos & circumposita regionis populos im-  
perium habuisse, sed Ecclesia Romana supremum in tempora-  
libus dominium agnouisse : adeoque Imperatores Romano-  
rum nec re ipsa fuisse, nec dici, nisi abusue admodum po-  
tuisse.

Ger. de Roo  
lib. XII. pag.  
437.



ruisse. & quæ plura, non falso minus, quam cum contumelia eructat. Rectius in Theologia sua etatem fatigasset, quam in iis rebus, vbi non potest discernere possessionem dependentem à summo alterius iure, & independentem prorsus: tum intelligere dominium utile, etiam plenum; quod non excludit ius superioris. In primis autem nisi plane voluisse in tenebris micare, debuit requirere *Acta publica & monumenta authentica*, vnde Cæsaribus & Imperio disertis verbis adimeretur ius in urbem Romanam. Hic Rhodus hic saltus. in quo profecto crux fregerit, vel celeberrimus controversiarum desultor.

In hac confusa sed audaci asseueratione, rursus fraudem commisit *Blondellus* non reticendam. cum enim de omnibus ab anno 1125 Imperatoribus disputationem instauisset, cosque quicquam in urbem Romanam aut Romanam ditionem iuris obtinuisse, impudenter negasset, postea ad Austriacorum Cæsarum nomen versus, rimam sibi elabendi reperisse visus est, si omittere posset *Henricum VII Lucelburgum, & Ludouicum Bauarum*, vt omnis iuris Imperatorii, ita in Italianam & Romanam Romanosque, grauissimos vindices. ne scilicet cursus ille temporis, quem Pontificibus quasi ad usucaptionem contra Cæsares procedere optauit, nimis manifesto interpellaretur. quamquam ne tum quidem, si abessent hæc iuris tam potenter exerciti documenta, peruenire, quo vult, posset. Et de Henrici quidem VII imperio in urbem, de latis iudiciis, exempla sunt omni exceptione maiora. in quibus & renouatam *Legem Regiam* à Romanis ponunt; *Vespergensis supplemento, & Goldasto*, non omissam. cetera de Imperio in Italianam urbemq; Romanam candide denarrant *Albertus Argentinensis, Conradus Vecerius, Auentinus*

& alii. Ludouico IV in afferenda Imperii & Iuris Imperatorii auctoritate, egregiam nauarunt operam Ordines Imperii: neque eius rei finis est factus, donec veneno parricidiali optimus Princeps è medio sublatus est. Quod re non historia tantum, sed publicæ disceptationes, in Monarchia Goldasti, testimonium dicunt. Quibus addidit Hervarti defensionem Ludouici contra Bzoniūm. In Caroli quoque IV historia, etiam si pro se putet facere Blondellus, nimiam eius facilitatem aduersus Pontificem, ad summam quæstionis & bonæ fidei pertinet, non dissimulari prius iter Imperatoris in Italiā, ubi obsequia Italorum, ipsiusque Roma non defuerunt: & posterius iter, ubi Senator Romanus quidam habita ad populum oratione vere ingeminavit; Ecce Rex Tuus venit. in Paralipomenis Vrffergensis. Addendus est Platina in Urbano Quinto. Ex quo etiam obseruare licebit, circa illa tempora (de quibus loqui cœpimus) Senatoriam dignitatem Romæ Imperatoris nomine gestam esse. Benedictus enim Decimus Legato demum missō Senatori populoque Romano persuasit, ut Senatoriam dignitatem, quam DIV REGIO NOMINE GESSERANT, suis tandem & Ecclesia aūspiciis administrarent. Eiusdem Platina candor & modestia merito suggillare potest Blondelli peruvaciam in tuendis decretis partium studio à se factis. Non ille aūspicis Italica, inter perpetua dissidia, rebelliones, tyrannides (quibus & ipsa Roma usque ad exitium conflictata est) vel ad Pontificum iura adstruenda, vel ad Imperatorum iura destruenda arripit, sed absentiam Imperatoris veram tot malorum causam iudicat, iurisque Imperatorii minime dubii praesentiorem usum, ut remedium desiderat. Interim, inquit in Innocentio VII, cum & vero Pontifice & optimo IMPERATORE carent Itali: unicuiq; scelerato peccandi licentia data

data est. Fridericum III, Imperatorem loco & ritu solen-  
 ni Roma agnouit: quando anno 1469 in fungenda pu-  
 blice cæritonia, cum in extremis verbis admonerentur  
 turbæ, ut accepitæ gratiaæ memores pro Romana Ecclesia  
 & Pontifice orarent, additum est: Et pro Federico I M-  
 PERATOR E NOST R O. describente Iacobo Piccolomi-  
 neo Cardinale. Et in precibus ex libro cærimoniarum apud  
 Gottl. istam in Politicis Imperialibus, idem obseruens. Ca-  
 tolus V. Cæsar, quām mémor fuerit Iuris Imperatorii,  
 credamus par est Paulo Iouio. Aduentanti Cæsari, inquit,  
 tres Pontificis legati præsto fuerunt, ut cum Pontificie diti-  
 nis fines intrantem sacramento adigerent, quo de more iurare  
 cogebatur, nunquam se pontifica libertati vim allaturum.  
 Ea autem iuris iurandi formula verbis rite concepiis ex fa-  
 cris cærimoniarum libris petebatur. Sed Cæsar, QVI IMPERA-  
 TORII IURIS APPPOSITE MEMOR, ITA IVRAVIT, VT SE DE  
 IURE SVO NIHIL DECESSVRVM testaretur. De hoc tamet  
 Principe, cuius vicitria arma Italia expauit, Roma sensit,  
 Blondellus facetur quidem, quod Pontificem cum tota curia  
 & urbe sub potestate habuerit, Romeque potens fuerit, sed  
 glossis solitis indulgens addit: eundem violento & hostili  
 dominatuspon: e abdicato, Clementem VII Papam in inte-  
 grum restituisse, id est, ut ipse accipit, omni se Imperatorio  
 iure abdicasse. Neque sufficit. Quid Iupiter Iunoni in  
 aurem dixerit, enucleate diuinat Blondellus; & cur coro-  
 natio Italica Bononia non Romæ facta sit, impudentissi-  
 ma & conjectura & interpretatione in hunc modum pro-  
 mulgat: à Pontifice 1530, non Rome, ne quid realis in Roma-  
 nos subiectamque ditionem potestatis consecutus videretur,  
 sed Bononia, urbe Pontificali longe extra fines Romani Imperii  
 Carolini posita diadematæ redimitus est. Primo, si quid rea-  
 lis potestatis in urbem, ubi coronatur, is consequi videtur, quid

Apud Freher.  
tom. 2. p. 14.

lib. XXVII.

coronatur; quidni ergo Carolus in Bononiā saltem, ubi coronatus est, Pontificiam certe urbem, aliquid realis potestatis consecutus videretur? vel ex regula, quamquam non ex mente, Blondelli: si sibi consentanea vellet dicere. Deinde, quem horribilis huiusarcani auctorem laudat? An ita coniicere licet de summorum Principum actionibus & consiliis? an coniicere fas est, imo hariolari in iis, quæ dubia esse non patitur historia, & rerum series? Ediscerat nobis non somnia Blondelliana, sed rem certam & notam *Historicus Italiæ*: Cæsar multis de cauiss Bononia coronari statuerat, quamquam id ante a Romæ faciendum esse decreuisset, ubi superiores Cæsares tanquam in sanctissima sacrorum sede & felici nationum omnium domicilio, urbeg, ipsa veteris imperii honore, antiquorum triumphis, & stupendis fortuna supremæ monumentis longe clarissima, coronas legitimo iure suscepissent. Sed euastatae urbis & nondum nouis commodis subleuatae calamitosa tenuitas, & opulenta superfluitatis ornamentorumq; penuria Cesarem auertebant, quamvis Romani eius pœna aduentus ab omni tristitia & sordibus ad latitudinem veteremque splendorem revocati viderentur. Erant præterea Cæsari multa opportuno statog, tempore in Germania peragenda. & quæ plura ibi sequuntur. Et, potest ne homo quisquam, cui status eius temporis non plane est ignotus, credere; Pontificem vel verbulo contradiceturum fuisse, si Cæsar vñctor, & omnibus formidatus, voluisse Romæ coronari? Quisquam ne fando audiuit, Pontificem nullum suo iuri Romano ita voluisse eauere, si Imperatorem Romanorum alibi quam Romæ coronaret? In eos Imperatores, qui Carolum V. secuti Italianam nunquam ingressi sunt, iam suo iure debacchari videtur posse Blondellus; nominales Imperatores, Ius Imperatorium, ut merum inscriptionis, & ut accidens sine subiecto cauillans. Imo quod nemini-

Paul. Iou.  
lib. XXVII.  
p. 87.

nemini credidissent nisi oculis meis) eo progreditur Blondelliana rabies in Cæsares, adulatio in Pontifices, ut dicere ausit: Fuerint ergo in præsens potestatis sua temporalis auctioris iure maxime proprie, sicut etiam illum non aspernentur (hui!) Cæsares, Augusti ac Romani Imperatores, Romani Pontifices: quorum in urbe, olim mundi domina, & præsca Cæsarum sede, rotaque circumiacenter regione, que Carlowingorum Romanum Imperium uniuersum constituit, aliis quibuscunque regibus exclusis, summum Imperium est. Quid audio? nihil obstat, quo minus Cæsaris, Augusti, Imperatoris nomina sibi vindicent Pontifices, præter fastidium huius honoris? aspernantur scilicet hos titulos. Quam diuerso viuimus ingenio mortales? melius putassem de Pontificibus meritum, qui dixisset: potuisse eos inuadere haec nomina, nisi modestia obstat. Faueret huic opinioni historia. Solus enim Bonifacius VIII, cum de Electione Alberti Imperatoris approbanda appellaretur, ea superbia vsus est, ut diceret palam: se & Pontificem & Imperatorem esse. apud Gerardum de Roo. ceteri Imperato-  
ribus iniqui, alia & varia cauſati, eo non excessisse leguntur.

Sed nimis longum est, omnes Blondelli criminationes refellere. Quæ vltro concident, si inania & vana colorum, quos aspergit, abstergantur. I. enim, quod de loci continua nec interrupta possessione, & honore solii, quasi loco affixi iactitat: validissime aduersus Pontificem, adeoque pro Imperatore facit, quod Pontifices LXX per annos Romanam sedem, iuxta ipsorum dogmata loco affixam & sollemnam, non obtinuerunt: sed Auenione, tamen pro Pontificibus Romanis haberi voluerunt, & à Blondello habentur. Cur ea hypothesis non æque imperatoribus prodebet? qua constaret, non in loco esse immo-

tum

tum fixumque ius, quo de sermō est. II. Et sane, conti-  
neri iure victoriae citra dubium videtur potestas transfe-  
rendae sedis Imperii, retento priori nomine. Nihil solidi  
in contrarium asserti potest. Nam argutatio de vocabulis,  
mille exemplis redargni potest. III. Ita de hospitio &  
domo, quæ Imperatores Romæ, tanquam aduenas rece-  
perit, nugæ sunt canora, quas conficit Blondellus. An  
Princeps, qui prouinciam toram in feudum alteri tradi-  
dit, neque sibi peculiaria ædificia reseruauit, sed in domo  
vafalli, aut alterius ciuius eius prouinciae diuersatur, quo-  
tiens accedit, propterea omne ius suum in illam prouin-  
ciam abdicavit aut omisit? An in urbibus ditionis suæ  
nemini in beneficium datis, nullum ius habet, si in ciuis  
ædes diuertit, neque peculiarem domum sibi reseruata  
ibi habet? IV. Falsum est, inde ab Ottonis Magni tem-  
poribus Germanicum Imperium ita Romano opponi  
posse, vt hoc ab illo diuelli queat. Eo ipso enim quod  
Rex creatur in Germania, est etiam (non Germanæ tan-  
tum Rex, sed) Romanorum Rex, imo iure ipso Impera-  
tor, nisi quod interdum nomen Imperatoris differri po-  
tuit, sicut apud plures gentes in hunc diem, Reges opti-  
mo iure regnantes, ante sollennia inaugurationis, non  
Reges, sed Reges designatos, aut aliter, vocari potuisse  
constat. Romæ enim, ab Ottonianis temporibus nihil  
relicum est suffragii aut arbitrii, quo posset denegare no-  
men Imperatoris ei, qui quo iure actuque factus est Rex  
Germanæ, eodem iure actuque natus est ius Imperato-  
rium, siue factus est Romanus Imperator. Vnde & citra  
contradictionem, hodieque est & manet Imperator Ro-  
manorum, ex quo tempore Roma tenetur sequi iudicium  
Germanæ, cuius iniuncti argumenti robur, quam parum  
candi-

candide silentio prætermittere decreuerit Blondellus, supra diximus. Quamquam enim Caroli Magni solium (cuius, & posteriorum, ditionem vnicē in ore habet Blondellus) agnoscunt & tacentur Nostri Imperatores, adeo tamen non est omittenda Epochā Imperii Romani Ottomanā, ut vel sola ea rem aduersus criminantium fabulas possit confidere. Qui ergo fatetur, Principes Austriacos à Rodulpho primo fuisse Germanie Reges (quod additur, seu Francie Orientalis, censura & explicatione opus habet) eo ipso, eosdem Imperatores Romanorum fuisse fateatur oportet. V. In beneficiis & amplissimis etiam priuilegiis concessis, Ius Imperii saluum intelligitur. Inde ab Ottone Magno (imo vterius, sed hinc repeti sat est) formula iuris iurandi apud Sigoniam extat, qua feudatarii iurabant: se fideles Domino futuros aduersus omnes homines, EX-  
CEPTO IMPERATORE AVT REGE. Atque ita Fridericus I.  
anno 1155 ob B. Petri Principis Apostolorum reverentiam apud Goldast.  
Hadriano Pape ciuitatem dimisit Tiburtinam, SALVO TA-  
MEN SVPER OMNIA IVRE IMPERIALI, absoluit dcinde Ti-  
burtinos à fidelitate, quam Imperatori iuraverant, & præ-  
cipit, ut venerabili Pape fideliter assistant, deuote seruiant,  
atque sicut Domino suo deuote obedire studeant, scientes, à  
iuramento fidelitatis, quod nuper fecerint, se absolutos, SALVO  
IN OMNIBVS IVRE IMPERIALI. Potuerunt hi Papam domi-  
num agnoscere; potuerunt solui iuramento fidelitatis, illudg.  
Pontifici iurare, salvo tamen iure Imperatorio. Iterum at-  
que iterum notentur hæc aduersus Blondellianas illatio-  
nes; & simul de reverentia in Papam officiis iura Impera-  
toria non extinguentibus. VI. Parum sibi constat Blon-  
dellus, & prout in partes sibi inuisas aut dilectas incidit, in  
contraria quasi vento circumagit. Cum de Balduini &  
Philippi titulo Imperatorio, & de Renati Andegauensis

dc regn. It. 73  
P. 1764

tom. 2. cor. 8.  
p. 334.

Pref. Apolo.  
XXXV, 5.

F

Caro-

## S. ROME IMP.

42  
 Carolique filii titulis regiis agit, modeste scilicet philosophatur: iniuria succumbere, rebusq; propriis exinde carere, infortunium esse non dedecus; vim maiorem, que regnatum fortunas euertit, nec afflictorum titulos expungere, neq; iura in possessiones dominiaque eis ademta abolere; regia dignitate regnique quo exacti sunt titulo, nequaquam excedere, quorum manibus sceptrum violenter excussum est, dominum his, non dominii ius ab emulis ademtum esse. Adnotatur: de titulis Regni Hierosolymitan, & Portugallia. An non vidit, si viciisset contra Germanos Romanorum Imperatores, quod voluit (quod quidem nunquam concedendum est) non minus pro his valitura, quos impugnat, quam pro his, quos tali disputatione tuetur? VII.  
 Immanis prorsus est temeritas Blondelli, ita tandem sibi triumphum canentis: Tantisper, dum, quid de inueterato abusu statuendum Europa uniuersa putet, expectamus, Austria gentis Principes ullos Romanorum Imperatores reales fuisse, pro iure nostro negaturi sumus. Itanc abusus inueteratus hic est? quorum opera inueterauit? nimur totius Europæ (& amplius) studio, sensu, stilo, recepta est iuris veri & solidi significatrix formula. quam vel sola consuetudinis tam inueteratæ auctoritas, tueri idonea esset. vnde magnificentum argumentum struit M. Antonius Dominicus Ictus, Assessor Gallicus, pro Regis sui honore & dignitate, extenso in longius toto loco ac testimonio referro; cuius est initium: Hac quippe consuetudine regitur Hispanie in Ducatu Mediolanensi Consiliarius à secretis: Is iudicandus est, inquit, maior & dignior, atque ita ceteris anteponendus, qui pro veteri more & consuetudine ita habitus est, & vere hac est omnium pene sententia. His suffragatur Baldus &c. non enim describeret totum locum placet. Sed

p. 257 &amp;c 258.

Sed Europa scilicet, quem inuexit, abusum emendabit;  
sive potius Blondellus Europæ totius hac in re criminatur,  
ad mutandum consensum tam diuturnum, stilum tam  
studioso receptum, Europam impellet sua auctoritate, &  
ratiunculis. Efficient illa nugamenta, vt in Concilio to-  
tius Europæ Imperatori nostro, titulus Imperii Romani  
abiudicetur, Pontifici adiudicetur. Et quoniam expecta-  
uit, dum hoc fiat, cur interia negauit, cur interim priua-  
to ausu stilum publicum, incessere & mutare, id est, ad-  
*versus antiquorum torrentem niti, quou alibi chisatio ob-*  
*icit, statuit? Hoccine est ius illud, de quo insonat: pro*  
*iure nostro negabimus? Bona verba. hoc ius nullum est,*  
*vanum est, & sine cuiusquam approbatione, commenti-  
tium: vt priuatus, auctoritatem totius Europæ, de abusu*  
*accusat, contra eam excipiat, imo decernat, & præiudi-  
cium unus contra omnes (Quiris an Senator sine suffra-  
gio?) faciat. Et expectauit ille quidem, sicut in fabulis*

*ruficusexpectat, dum defluat annis.*

An reliquit expectationis socios? neminem, puto, cui  
cor sapit. Nemo Pontifex, nemo Regum Christianorum,  
Blondellianum consilium pro bono, fano, vtili vnquam  
habebit. Qui non videt rationes, omnium Regnum &  
Principatum rationes ignorat. Quare semper credidi,  
neque adhuc dubitandi ullam mihi video, vel probabi-  
lem, caussam relictam, de mente omnium Europæorum  
& Christianorum Regum: nemo est, inquam, veneran-  
dorum & coronatorum capitum, vel etiam de Amicis  
corum, qui non adulatoria per artes, sed grauitate & pru-  
dentia consiliorum locum in republica suum tenent, cui  
vel satis honestum, vel vtile videri queat, obtrectare  
Imperatoris Romani titulis & iuribus. Quis enim non  
videt, corum quidem Regum, qui ceteris potentiores

habentur, & cum Imperatore Romano incomparabilem possunt trigam facere, rationibus interioribus prorsus repugnare id contentionis genus; reliquos autem omnibus argumentis ad contextum Europa & communitatem pertinentibus, à tali proposito longius abstineri? Dictum sapienti sat est, & iam pridem à *sacri & Romani* elogio, definere hæc scriptio tendit in

## IMPERIVM.

**I**N hac quoque voce ludos facit *Blondellus*, liberalis scilicet vult videri, si Augustis Cæsaribus nostris i. nomen *Imperii*, & *Imperatoris* concedat, quatenus *Imperium* significet dominium, nemini in terris obnoxium, sua vi aduersus omnem vim nixum; & quatenus *Germania* alias multas ditiones, quæ *Imperiale* sibi nomen vindicarunt, dignitate ac potentia longe supereret. 2. hac conditione, ne *Imperium* & *Imperator*, absque adiectione; neque cum adiectione elogii *Romanorum*; sed *Imperium Germanicum*, & *Imperator Germaniae* dicatur. Satis imperios aduersus *Imperium* & *Imperatorem*. Sed in mala causa, cum ad sophistarum artes semel configisset, nihil sinceri aut incorrupti adferre potest, si velit animo suo satisfacere. Quæstio erat de *Imperii* & *Imperatoris* significatione antiqua, prima ac primaria (in hac de Principatibus disputatione) & constanti usu propagata absque omni contradictione, dubitatione, mutatione. *Blondellus* assert nobis significacionem nouam, heri & hodie natam, secundariam, nunquam pro sollenni receptam, sed paucorum arbitrio vel condonatam, vel relictam. *Imperatoris* enim vox, ex quo constitutæ à Cæsaribus monarchiaæ accommodata est Cinitio in Cæsare dictatore facta; in Augusto, firmato prænomi-

nomine) semper deinde significauit Romanum Principem: non alium ullum. Etiam absque adiectione Romani tituli. Per se enim Imperator, est Princeps Romanus. Vnde apud Dionem Cassium, & Cæsarem dicitur, ὁ Ρωμαῖος ἡγεμὼν. An aliud significauit, cum Carolus Magnus datus est Imperator, cum Otto Magnus, eorumque successores? minime gentium. hæc vna significatio in ore, in animo fuit usque in hunc diem toti Europæ, & omnibus, quibus res Europæ penitus innotuerunt, si paucissimos excipias barbare inuidos. *Imperator*, inquam, & *Imperium* semper significauit Romanum Imperium: & Germanici Imperatores, ii intelligebantur, qui, in dignitatem eius Imperii, quod Romanum vocatum est, successerunt. Igitur, si vel maxime stilum, non animum Blondelli quis sequens, *Germanicum Imperium, Germania Imperatorem* diceret, non aliter tamen, nec alias, ab ullo stili publici perito acciperetur, quam illud regnum, quod Romani Imperii non solum & estimationem meretur ac tuetur hactenus, indeque ipsum vocabulum Imperii gerit; ille Princeps, qui ex iure Ottonum, ritu & significatione vetusta Imperatoris nomen habet. Cæcus utique sit oportet, qui non videt, toto cælo distare illa: quando Imperatores nostri, citra adiectionem Imperatores vocantur; & quando alii Imperatores Hispanie, Imperatores Russie (quæ iactantur exempla) appellantur. Hic enim ad alteram illam & nouitiam significationem transitur: quasi Imperii & Imperatoris vox excellentius quiddam sonaret, quam regnum, & Imperium id esset, quod pluribus regnis constaret, aut plurimi regnorum viribus responderet. Ament hanc significationem quicunque volunt: nostrum *Imperium*, etiamsi hoc quoque nomine citra omnem controversiam excellit, altiore tamen auspi-

cio appellationem suam metitur. Sunt hæc celebritatis, gloriæ, honoris nomina. in quibus interpretandis infra tyronem sapit, qui non animaduertit, quid intersit inter nomen Imperatoris nostris Cæsaribus dæbitum, & aliis Principibus, ex alia scilicet caussa, accommodatum. Et quamquam loquendi genus vnum idemque videatur (si dicas Imperator Romanorum, Imperator Hispanorum) diuersitas tamen maxima subest, tum quod altera appellatio auctoritate & vsu publico inualuit, altera eousque non processit; tum quod celebrites & maiestas Romani Imperii, supra omnia Principatum elogia ascendit. Sicut & *Imperator Germania*, vt notare coepimus, longe aliam vim significandi habet, quam *Imperator Hispania*. Ille enim, nomen Romanorum Principum, ex iure sepius declarato, & cum respectu illius, gerit: hic, tale ius nec allegare potest, nec eandem appellationis originem vlo modo ostendere, neque denique eandem significacionem præferre. Mirari hoc loco lubet, quod nec hodie desunt, qui suadere suis Principibus, an obtrudere æmulationem Imperatorii nominis instituunt. Nonne dicemus, hos ignorantes verum iter gloriæ, gloriosum pta fastigiis vnicce digna, longius deuertit. Cur enim imitari studeas, quod non assequare? Fallunt enim & falluntur, qui idem esse putant, aut æque magnificum, si dicas, *Imperator Britannia*, aut alterius regni, ac si nomines *Imperatorem Romanum*, aut *Imperatorem* absque adiectione. Et hoc posterius genus, sicut aliquid excellentiæ ostentare intellegitur, ita nemo vindicare sibi volet aut poterit. *Quis enim* omnium Regum se volet absolute appellari *Imperatorem*? Ex quo Cæsarum nostrorum prærogativa, clara in luce collocatur. De quorū antiquissima bencque fundata excl-

tum, auctoritate curia. Quæ omnia, inaudita quasi temeritate profanantem Blondellum atque conculcantem, si quis ferre potest, ille bono viat ut stomacho oportet. Posset illa intemperies vberius exhiberi, & redargui, nisi iam in longius processisset hæc anno-

tio  
Supererat eriam, vt Sacri Romani Imperii, seruata in hanc diem diuinitus & singularia, quæ id faciunt longe lateque eminere, paolo accuratius in conspectum daremus: vt quantum instar sit, in Augustali fastigio, in incomparabili Electorum & vere regio Splendore, in Principum inusitata dignitatis & potestatis prærogativa excelsissime florentium numero & ordine, in Cittatum, validi limi corporis robore & virtute rempublicam sustentantium illustri collegio: per momenta ciuilis prudentiae interiora exhiberemus. Sed expleto huius scripturæ modo, satis habeo contra obsoletas nœnias, nouis coloribus imbutas, & temerariis obrectationum stimulis perarmatas, assueras, inconcusso iure & vigore perstare, nostram Rempublicam, atque in perpetuum audire & SACRVM & ROMANVM & IMPERIVM.

Iterum autem iterumque volo meminisse lectorem, non constitutum nobis fuisse, ipsum tam nobile argumentum tractare, & quid de singulis partibus disputari possit, in medium afferre: sed vnicē volumus, quæ petulanter & insolenter à Blondello iacta sunt, repellere. *Conrumeatus*, inquam, aduersari refellere, non confirmare Imperii iura, hæc dissertatio instituit. Multum enim differt vtriusq; instituti ratio. Ne quis existimet virum doctum inlementias à nobis habitum, non veremur: si quis ipsius Blondelli verba expendat, id quod ab æquo iudice, nostro iure contendimus. Tam irreuerenter, tam probroso summos Principes incessit, tam contemtim nationi nostra insultat, vt interdum ne referre quidem intollerandas Germanis & ingenuis auribus iniurias sustinuerim. Igitur ne dubito quidem, quin omnes, qui criminacionibus responsionem comparauerint, meram moderationem agnitiuri sint. Quamquam non mea sed Patriæ & sanctissimorum in terris Capitum causa indignanti mihi paratam apud omnes bonos veniam fore, satis licetem.

*sit, verissime dixerint.* Quot sententiae, tot monstrantur. Scilicet à Moscouitis Germani exempla & rationem Imperii describendi & nominandi petent: à nouitio dominatus antiquissimae appellationis interpretatio arcessetur, nam de vocabulo Czar Moscouitico, quod Regem significare periti tradunt & sciunt, nolo dicere. Scilicet Cæsar inde dictus & inter vocabula Principatus adscriptus est, quod iura vere regia & monarchica aut amplitudinem Imperii significaret. Scilicet Cæsar Romanorum, e.g. Traianus Cæsar Romanorum, in Latinis formulis est. Hæc in literis, tali viro nemo condonanda dixerit. in re-publica vereor, ne multo minus excusare hominem villosum mortalium ausit. An titulos sibi publicos & solemnes, Principum quisque, si quando collubitum est, ultra accommodat? An si, præter Imperatores nostros, alii Reges, se Cæsares dicerent, id statim idem signaret, eandemque prorsus æstimationem subiret, quam in consuetudine totius orbis Cæsar sonat in elogiis nostri Imperatoris? An credat quisquam, inter assiduos elegantiae aulicæ profectus, futurum quenquam, qui suo Regi suadeat, ut se Cæarem suæ gentis, aut, sine additamento, Cæarem vocet? Gerberti, Cæarem vocantis Lotharium Regem manifestatio est & disertis verbis explicata; satum Cæsaribus, Cæarem poetico more dixit. Augustus & Cæsar quid interlit, nec intelligit Blondellus. Facilius quiuis Principum Augustus dici potest, quam Cæsar. Sanctum enim notat Augustus. nota autem sanctitas Regum. Et dicuntur sane saepius Augusti, Principes: sed oratorio fere studio ac more, monstrant nobis exempla, si possunt, quis Augustus eo more, formula, ratione dictus sit, ut nostri Imperatores dicuntur. Reguntur hæc omnia, quæ ad titulos pertinent, vñ longi temporis, consensu & suffragatione gentium,

V. SACRI appellatio, de qua supra paucis actum est, qua  
de causa Imperio nostro publice, siue in formulis publicis, accommo-  
data sit, tacente historia, nemo potest certo & definite assignare. In  
quaestione enim facti, vbi deficit testimoniorum auctoritas, non  
potest scientia dari ~~ad apertos certos~~. Supersunt conjectures in quibus  
nemini quicquam obtrusum volumus; sed a quo quis doceri opta-  
mus. Sicut autem libertas conjecturis magna fortasse debetur, ita  
rationum momentis magis aut minus probabiles eas reddi omnes  
sciunt. Ex quo genere sit, si quis mentem Principum ex eorum  
scriptura & negotiorum genio, casibusque temporum venetur,  
aliorum sit iudicium. Cogitabam omnium primo de Gracorum  
consuetudine, cuius aemulatione hoc genus loquendi in Sacro Ro-  
mano Imperio inualescere potuerit. Sed videbam nihil solidi sub-  
esse huic opinacioni. Primo enim, illo ipso tempore, quo in usum  
publice venit elogium Sacri Romani Imperii, Fridericus I. ab eo.  
genere Sanctitatis, quo Graeci Imperatores in titulis gloriae  
se iunxit & distinxit hanc formulam claris verbis: *Sciat ille tuus*  
(Imperator Constantinop.) *me sanctitatis nomen, sicut arrogans ille*  
*canus, mihi non ascribere.* apud Goldast. rom. constit. vn. p. 286. & eodem  
tempore, in eadem causa Sacrum Romanum Imperium nomi-  
nat, ibid. Imperio ascripsit sanctitatem, non personae. Quid? an  
non sancta persona Imperatoris? Est omnino, sed nos loquimur  
da consuetudine titulorum eius temporis. multis posset verissimis  
elogiis honorari, & honorata est aliis temporibus maiestas Impera-  
toria: sed illo quo de loquimur, tempore, Imperatores Imperium  
vocabant SACRVM, non se. Igitur (quod etiam atque etiam  
notandum est) formula Graeca, οὐ βασιλεία μην, οὐ ἀρχὴ βασιλεία μην  
Imperium nostrum, Sacrum Imperium nostrum, nullo modo id signifi-  
cat, quod Sacrum Romanum Imperium. Graeci enim illo genere per-  
sonam Imperatoris, Nostris, hoc genere, rem & corpus Imperii, signa-  
bant. Graeca formula nihil aliud sonat, quam ut dicimus; Maiestas  
nostra, id est, Nos; siue Ego Rex, Ego Imperator. Vnde rectissime Co-  
dini Interpres illuds, οὐ βασιλεία μη τεγέαται οὐ διαβόλως, reddit adiecta  
ἰπτήσης, Imperium meum, siue maiestas mea creat reDespotam. Et quod  
in Polychronio (notū voti genus) vocabulo βασιλείας, Imperii, effertur,  
Corippus Imperatoris nomine interpretatur; felices annos Dominis felic-

*Corollarii loco adiecta.*

I. Quæri potest, an Quintius contra Nabidem tyrannum bene disputatione apud Liutium (XXXIV, 52) quando sentire videtur: ius tyranno & inuasori, etiam domi pactione cum oppressis quæsicum, aduersus tertium parum valide allegari? In illis verbis: *Amicitia & societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope rege Lacedamiorum iusto ac legitimo facta est. cuius ius tyranni quoque, qui posset per vim tenuerunt Lacedamone imperium (quia nos bella, nunc Punica nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupauerant) usurparunt, sic ut quoque hoc Macedonico bello fecisti.* Et: an hæc causâ aduersus tyrannum ei prodesse possit, qui iam cum tyranno rempublicam obtinente semel vel aliquotiens contraxit? Et: an potius artificiose dissimuletur ius tyranno post inuasionem quæsitum? Placebit hac vice, colloqui causa, Quintium defendere.

II. Masanilla non recte argumentatur in controversia finium aduersus Carthaginenses, obtenu interruptæ possessionis apud Liutum (XXXIV, 61) illis verbis: *Neque enim, de quo agatur, probare eos posse: non modo semper, sed ne diu quidem eos possedisse. per opportunitates, nunc illos, nunc reges Numidarum usurpare ius, semperq; penes eum possessionem fuisse, qui plus armis potuisset.* Interuenierat enim & confessio regis, & terminatio finium à Romanis facta: cui rex facile, qua erat apud Romanos gratia, interuenire potuisset. Aliter & melius de perpetua possessione, aut interrupta disputat Sulpitius aduersus Antiochum, apud eundem *Historicum* XXXV, 16.

III. Legatus Pontificius in conuentu Tulnensi, cum pericula Christianis à Turca imminentia, nisi Imperator fineretur vires eo vertere, exposuisset, Alios inquit, Christiani orbis Reges & Principes in Germaniam oculos habere coniecos, neq; aliquid prius moturos, quam illum exemplo sibi praire videant, qui VTI PRIMVM INTER IPSOS LOCVM HABET, ITA ET NATIONI PRÆEST, VNDE MAXIMVM ROBVR hoc tempore sit expectandum. Gerard. de Roo Hist. Austr. lib. VII. p. 274.

IV. Mercatura, si magna sit, non sordida (vt Cicero distinguuit) est vbi non dedecet Nobiles, est vbi dedecat: si nimirem nulla occasione & more loci inuitati, aliorum hominum Mercurio proprie operantium lucra inuadere & præripere studeant. Hæc enim ratio dignitatem habere nullam potest. Qui autem fructus suos vendit, mercaturam non exerceat.

v. 52



PROSPHONEMA GRATULATORIUM

*Generoso Invenci, Domino*

CAROLO HENRICO MORAWITZKY  
a RUDNITZ &c,

*Cum Preside Celeberrimo Viro Domino*

JOANNE HENRICO BOECLERO,

Argentoratensis Academæ Professore Famigeratissimo

SACRUM ROMANUM IMPERIUM

Masculâ virtute propugnaret:

*Amicâ & officiâ Manu consignatum à*

SEBASTIANO Ramspeck, Heidelbergensis  
Academæ Professore, & h.t. ProRector.

Pone, triumphatrix Germania, pone trophyum!  
Vincis, io, vincis! non te fregere feroce  
Romanorum Aquilæ; prostrati funera Vari  
Testor, & Ausonio turgentem sanguine Rhenum.  
Submisit fasces tandem tibi Roma, decusque  
IMPERII Germanus habet, Dominumque fatetur  
Externum Tuscus Tiberis; tibi Patria, Reges  
Affurgunt, nomenque, nius, venerabile, Cæsar  
Gentibus, ille Caput radios diffundit in omne  
Corpus, & ingentem, perpendens singula, molem  
Temperat: assistunt Magno sua sidera SOLI,  
Patres purpurei Patriæ, qui pondera rerum  
Coniunctis subeunt humeris; sic aurea perstat  
Harmonia, hostili non dissoluënda furore,  
Invidiæque dolis: floret GERMANA, vigetque,  
Atq; Othomanniacas Aqvila haud timet inclyta Lunas.

H 2

Hanc

S. R O M. I M P.

52  
*cibus optant.* Nolim ergo diuersa loquendi genera confundere aut permiscere. Hæc cauſſa fuit, cur in hac breuitate, supra nihil de Græcorum illa formula dictum est. Sed video nos excludi spatiis scriptura; igitur de Græcorum illo stilo & consuetudine, tum diuerso charactere epistolarum, qua à Noſtris ad Græcos Imperatores (exempli gratia Conradi III.) lcribebantur, vberrima testimoniorum auctoritate, alio loco agemus. Vnum addam de tempore recepti elogii. Duxi ſeculum XII. unam testimonium posui. Huic adde Friderici Primi mandatum, quo Archiepifcopus ad expeditionem vocatur, apud Goldaſt. conſtitut. tom. vn. pag. 276. Et eiusdem Imperatoris Reſponſum ad Græcos anno 1189. pag. 286. vbi diſertis verbis Sacrum Romanum Imperium exprimitur. Sunt hæc testimonia irrefragabilis auctoritatis, & omni exceptione maiora: vnde facile iudicabit aequus lector, an tempus initii recte afflignauerimus. Sed, nunc quidem definendum eſt. Spero me ſatisfacturum deinde de partibus argumenti, quod vindicare à quibusdam probris, non tractando exequi, nunc viſum eſt.

VII. *Signorius* de temporibus Ottonianis (de Regn. It. VII, p. 177.) de concordia Imperii ac Sacerdotii, Imperatoris ac Pontificis. *Vtraque vero*, inquit, *poteſtas ſacra erat, & ad Christianam conſervandam rem publicam instituta.*

*Corrigendum eſt:*

Quod p. 27 de Petro de Marca dictum eſt, qui paulo ante ex Archiepifcopo Tholofano Parisiensis factus, in viuis eſſe desit.

PR 02



**BOECLERO** Historico claro sub Preside tuto;  
Qui duce MOESCHELIO peregrinos noscere mores,  
Regnorumq; status, homines, miracula & artes,  
Exit e Patria nostrae Silesidos oris:  
Non nisi doctrinae verae, probitatis & artis  
Thesauro felix Patriamque videbit onustus;  
Atque sua genti seros florebit in annos  
Dum SACRUM IMPERIUM Romano more vigebit.

Quod cum voto multiplici gratulabundus  
prædictis Patriæ & Nobilissimo Domino  
Conterraneo

**Salomon Reisel D. & Archiater**  
Hanovicus Buxovillæ.

Dum Patriæ Patribus magnæ Respublica curæ est,  
Imperiumque humeris non subit vnu Atlas;  
Dum nostrâ lecti Proceres meditantur in vrbe  
Huic ipsi priscum conciliare decus:  
In partem veniunt operis, quos gentis auitæ  
Victuris tabulis condere jura juuat.  
Hoc pridem BOECLERUS agit, dignissimus, vnâ  
Cui vroueat longos Patria voce dies,  
Et vegetum ætatis robur, viridemque senectam,  
Præsentesque omni tempore mentis opes.  
Ille per antiquæ tractus sine fine vagatur  
Historia, ille nouæ non leue currit iter,  
Ac, nusquam auertens oculos, ea quærit ubique  
Quæs' pulcre institui secula nostra queant,  
Quæs' illustrari leges, propriumque manere  
Vix coalescentis nobile pacis opus.  
Huc quoque credo SACRI ROMANI nomina spectant  
IMPERII curis cuigilata nouis;  
Quæs' merito capiturgeneris lux pulchra vetusti,  
Atque SILESIACÆ nobilitatis honos,

Hanc laudas, Patriæque decus valido afferis ore.  
(Nempe decet) gentesque doces, quod barbara non sit,  
Nec tantum generet crassos Alemannia fœtus,  
Ingenium quibus in talis, velut inuidia falso  
Romula gens, aliique volunt: Tu, vindice pennâ  
Diluis hæc, gentisque inuidæ arcana recludis.  
Mæcteanimo! mæcte ingenio! mæcte indole, dignâ  
Nobilitate tuâ, candoreque Teutonis! ornas,  
Commendaisque pius Patriam; tibi lœta laborum  
Præmia, Daphnæam iam spondet Patria Laurum!

**I**mperii Sacri Romani nomina magna  
**N**OBILIS egregia dexteritate docet.  
Cernite Germani Romanum- cernite Sacrum  
Imperium, nullum maius in orbe fuit.  
Scilicet hoc Sacrum notat inviolabile nomen  
In, quacunque patet, gentibus orbe magis.  
Teutonibus tribuit plus quouis Cesare Caesar  
**C**AROLUS & nomen Roma superba suum.  
Dum tenet infractos pollentis corporis artus  
Imperium, Regum cetera regna premit.  
In singularem amoris obseruantiam, quem  
genere & virtute nobilissimus  
**C**AROLUS HENRICUS MORAWITZKT  
Patria, literis & earum cultoribus publico  
hoc specimine ostendit,  
Pauca hæc gratulabundus scripti,  
**G**eorgius Christophorus Stirn  
J. U. D. Consiliarius Hanovicus.  
Buxovillæ quint. Non. Mart. 1663.

**Q**ui generosus Eques thesibus defendere scriptum  
**S**ACRUM ROMANUM IMPERIUM MORAVITZKIUS  
ausus

BOEC.



Præmia decernet tempus, labor, alta potestas,  
Quam fortis toto pectori Teuto colit.  
Generosissimi MORAVVITZKY  
cœptis propositisque  
Bene precatur & ominatur  
Paulus à Stetten.

L

SACRUM ROMANUM IMPERIUM.

IMPERII SACRI ROMANI Nominis sacra,  
Quando ea cœperunt, undeque dicta probat  
ECATHEDRÀ (quam SCAAL meus & KALDBORNİUS olim  
Ingenii ornabant non sine laude sui)  
Musarum & Charitum, MORAWITZKIUS, ipsa voluptas,  
BOECLERI fretus presidio celebri.  
Egregium factum! Gravus est, quem ipse inde meretur  
Cæsaris, Imperii, atque Ordinis omnis, Amor.  
Huc o' sancta Trias bona fortunato, juvesque  
Cæpta, tuum faxis, surgat ut inde decus.  
IMPERIO nostro hac maneat da symbola sacra,  
Aeternum ut vireant Sceptra, Corona, Caput!  
Davit CÆSAR LEOPOLDUS, Maximus Heros  
Imperii natus sanguine CÆSAREO!  
O vivat, quem Romano-Germanæ potestas  
Rectorem IMPERII gaudet habere sui!  
IMPERII SACRI pax omnia limina servet,  
IMPERII laus se tollat ad astra Poli!  
Hoc votet Argyope; votet hoc Plebs, atque Lyceum;  
IMPERIO Civis subditus hoc voveo.  
Sincerum repetto submissò pectori votum:  
Quod Deus ipse suo Numinis firmet, Amen!

Son-

MORVICUS, cuius laudanda est optio, namque  
Agnosci in juuene nil juuvenile facit.  
Hoc rectum est habuisse DuceM! hoc gaudere magistro  
MOESCHE LIO, quo non dignior alter erat!  
Nempe pari prorsus pullos ratione gubernat  
Ales supremi nota ministra Jouis;  
Hos faculae nec enim, soli sed protinus ipsi  
Admouet, & tantâ judice luce probat.

GENERO SO Dn. MORAVICIO à Rudniz

*Volenti volens Ratisbone*

*Breuibus his Elegie applaudit*

Jo. Jac. Kerscherus.

Sanguine qui claro, claris maioribus ortus,  
Dat teneram mentem studiis; tantosque magistros,  
Qualis BOECLERVUS, qualis MOESCHELIUS, audit;  
Docta nec erubuit impellere pulpita voce;  
Imperiique animo sacri complectitur orbem,  
Quem sola Augusti mens augustissima cepit;  
Et iam nunc patriam curat, loquiturque, iuuatque;  
Nec sacros yates horret, sed sponte lacepsens,  
Carmen, & ingenuas in carmine comprobat artes;  
Illum magnanimum, sapientem credere, & olim  
Ingens praesidium, decus ingens Aonidumque  
Et Patriæ liceat; quamuis nec videris illum,  
Nec quæ constituant genitaram sidera, noris.  
Hoc habeat nostrum de se M O R A V I C I V S omen.

Ratisbona mittit  
Jo. Ludov. Praeficius  
Syndicus.

U Tiliis Imperio non segniter incipis esse,  
Cuius vindicias ore animoque petis.

Pax.

## II.

*Sonnet Acrostiche,*

En forme de Congratulation sur les Theses, qui soubs la protection de Monsieur BOECLER, Tres-renommé Professeur des Histoires ont esté solennellement soustenues par le Tres Genereux, & Tres Noble Sieur

CHARLES HENRY MORA VVITZKY &c.

Fait par son Gouverneur soubsigné.

CHARLES HENRY, l'on void, qu'en Toy tout bien abonde,  
Honneur, Esprit, Vertu, Crainte & l'Amour des Cieux,  
Amour vers Tes Parents, & rien de vicieux,  
Raillant la vanité de ceste masse ronde ;  
Les plus Hauts & Scavants, qui vivent en ce monde  
Estiment Tes desseins sîchers, si précieux,  
i bien, qu'EUX mesmes tous s'en rendent glorieux,  
Honorants & aymants Ta vertu tant feconde.  
Et après tant de soings & d'Excellent travailz,  
Nourrisson d'Appollon, voicy ! pour quelque maux  
Paporté le Bonheur, & cent fois d'avantage.  
Je vois tes actions, & tout leur charmant Fruit  
Incessamment fleurir, ta Muse le produit,  
Mon cher MORAWITZKY, exaltant ton ouvrage.

Jean Jacques Mœchelius,  
natif de Schwobach en  
Franconie.

F I N I S.